

M. FABIŪ QUINTILIĀNŪ

# Īnstitūtiōnis Ōrātōriæ

LIBER DECIMUS

## AD FIRMAM FACILITĀTEM

NICOLAS LAKSHMANAN ĒDIDIT

*novā significantissimā interpūnctiōne*

*longīs vōcālibus nōtātīs*

*titulīsque adjectīs*

ÉDITIONS PARIS-ROUEN

LETTRESCLISSQUES.FR



## CAPITULUM PRĪMUM — QUĪ LEGENDĪ SINT

*Il est temps  
d'acquérir  
l'aisance de  
l'orateur*

<sup>1</sup>Sed hæc ēloquendī præcepta, sicut cōgitatīōnī sunt necessāria, ita nōn satis ad vim dīcendī valent, nisi illīs firma quædam facilitās, quæ apud Græcōs ἔξις nōminātur, accesserit. Ad quam scribendō plūs an legendō an dīcendō cōnferātur, solēre quærī sciō: esset dīligentius nōbīs exāminandum...<sup>a</sup> sī quālibet rērum possēmus ūnā esse contentī.

*Quamdam  
facilitātem  
necessāriam  
esse*

<sup>2</sup>Vērūm ita sunt inter sē cōnexa et indiscretā omnia ut, sī quid ex hīs dēfuerit, frūstrā sit in cēterīs labōrātum. Nam neque solida atque rōbusta fuerit umquam ēloquentia nisi multō stilō vīrēs accēperit; et citrā lēctiōnis exemplum labor ille carēns rēctōre fluitābit; et quī sciet quæ, quōque sint modō, dīcenda, nisi tamen in prōcinctū, parātamque ad omnīs cāsūs, habuerit ēloquentiam, velut clausīs thēsaurīs incubābit. <sup>3</sup>Nōn autem, ut quidquid præcipuē necessārium est, sicut ad efficiendum ōrātōrem maximī prōtinus erit mōmentī. Nam certē, cum sit in ēloquendō positum ōrātōris officium, dīcere ante omnia est, atque hinc initium ējus artis fuisse manifestum est, proximam deinde imitātīōnem, novissimam scribendī quoque dīligentiam.

*Artēs scribendī  
legendī dīcendī  
cōnexæ esse*

<sup>4</sup>Sed ut pervenīrī ad summa nisi ex prīncipiīs nōn potest, ita, prōcēdente jam opere, jam minima incipiunt esse quæ prīma sunt. Vērūm nōs nōn quōmodo sit īstituendus ōrātor, hōc locō, dīcimus — nam id quidem aut satis aut certē utī potuimus dictum est —, sed āthlēta, quī omnīs jam perdidicerit ā præceptōre numerōs, quō genere exercitātīōnis ad certāmina præparandus sit. Igitur eum quī rēs invenīre et dispōnere sciet, verba quoque et ēligendī et conlocandī ratiōnem percēperit, īstruāmus quā in ratiōne, quod didicerit facere, quam optimē quam facillimē possit.

*Nunc ad  
certāmina  
ōrātōrem  
præparandum*

*Importance  
du  
vocabulaire*

<sup>5</sup>Num ergō dubium est quīn eī velut opēs sint quædam parandæ? quibus utī, ubicumque dēsīderātum erit, possit? <sup>6</sup>Eæ cōstant cōpiā rērum ac verbōrum. Sed rēs propriæ sunt cūjusque causæ aut paucīs commūnēs, verba in ūniversās paranda. Quæ sī<sup>b</sup> rēbus singulīs essent singula, minōrem cūram postulārent: nam cūncta sēsē cum ipsīs prōtinus rēbus offerrent. Sed cum sint aliīs alia, aut magis propria, aut magis ōrnāta, aut plūs efficientia, aut

*Ūtilis esse cōpia  
verbōrum*

a. [citrā]  
b. [in]

melius sonantia, debent esse non solum nota omnia, sed in promptu atque<sup>a</sup> ut ita dicam in conspectu — ut, cum se iudicio dicentis ostenderint, facili ex his optimorum sit electio.

<sup>7</sup>Et quae idem significarent *scio* solitōs ediscere, quō facilius et occurreret unum ex pluribus, et, cum essent usi aliquo, si breve intra spatium rursus desideraretur, effugiendae repetitionis gratia, sumerent aliud quō idem intellegi posset. Quod cum est puerile et cuiusdam infelicis operae, tum etiam utile parum : turbam enim tantum modo congregat, ex qua sine discrimine occupet proximum quodque. <sup>8</sup>Nōbīs autem cōpia cum iudicio paranda est : vim orandi, non circulatōriam volūbilitatem spectantibus. Id autem consequimur optima legendō atque audiendō : non enim solum nōmina ipsa rerum cognoscemus hāc curā, sed quod quōque loco sit aptissimum.

Vānum est  
quae idem  
significarent  
ediscere

<sup>9</sup>Omnibus enim ferē verbis, praeter pauca quae sunt parum verēcunda, in oratione locus est. Nam scriptōres quidem iamborum veterisque cōmōediae etiam in illis saepe laudantur; sed nobis nostrum opus intuēri sat est. Omnia verba, exceptis de quibus dixi, sunt alicubi optima. Nam et humilibus interim et vulgaribus est opus, et quae nitidiorē in parte videntur sordida, ubi res poscit propriē dicuntur.

Omnibus fere  
verbis in  
oratione locum  
esse

<sup>10</sup>Haec ut sciāmus, atque eorum non significationem modo, sed formās etiam mēnsurāsque norimus ut ubicumque erunt posita convenient, nisi multā lectiōne atque auditiōne, adsequi nullo modō possumus — cum omnem sermōnem auribus primum accipiāmus. Propter quod infantēs a mutis nutrīcibus, jussu regum, in solitudine educati, etiam si verba quaedam emisisse traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt.

Haec nos multā  
lectiōne atque  
auditiōne scire  
posse

<sup>11</sup>Sunt autem alia hujus naturae, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil significationis quō potius utaris intersit, ut *ensis* et *gladius*. Alia, etiam si propria rerum aliquarum sint nōmina, tropicōs<sup>b</sup> tamen ad eundem intellectum feruntur, ut *ferrum* et *mucro*. <sup>12</sup>Nam per abusionem sicariōs etiam omnis vocamus quī caedem telō quocumque commiserunt. Alia circumitū verborum plurium ostendimus, quāle est et *pressi copia lactis*. Plurimā verō mutatiōne figurarum : *scio, non ignoro* et *non me fugit* et *non me praeterit* et *quis nescit ?* et *neminī dubium est*.

Verba  
cognominata  
varia esse

<sup>13</sup>Sed etiam ex proximō mutuārī licet. Nam et *intellego* et *sentiō* et *videō* saepe idem valent quod *scio*. Quorum nobis ubertatem ac divitiās dabit lectiō, ut non solum quō modō occurrent, sed etiam quō modō oportet utāmur.

Non semper  
haec inter se  
idem facere

<sup>14</sup>Non semper enim haec inter se idem faciunt ; nec sicut de intellectu animi rectē dixerim *videō*, ita de visu oculorum *intellego* ; nec ut *mucro* gladium, sic mucronem *gladius* ostendit.

<sup>15</sup>Sed ut copia verborum sic paratur, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum est. Nam omnium quaecumque docemus hinc sunt

Oratorēs  
exempla  
ostendere

Il faut  
écouter les  
orateurs,  
mais aussi  
les lire

a. [id]  
b. [quāre]

exempla, potentiōra etiam ipsīs quæ trāduntur artibus, cum eō quī discit perductus est : ut intellegere ea sine dēmōnstrante, et sequī jam suīs vīribus possit — quia quæ doctor præcēpit orātor ostendit.

<sup>16</sup>Alia vērō audientīs, alia legentīs magis adjuvant. Excitat quī dīcit spīritū ipsō, nec imāgine, †ambitū† rērum, sed rēbus incendit. Vīvunt omnia enim et moventur, excipimusque nova illa velut nāscētia cum favōre ac sollicitūdine : nec fortūnā modo iudiciī sed etiam ipsōrum quī orant periculō adficimur.

*Verba audita  
vivere*

<sup>17</sup>Præter hæc vōx, actiō decōra, commodāta ut<sup>a</sup> quisque locus postulābit, prōnūntiandī vel potentissima in dīcendō ratiō, et, ut semel dīcam, pariter omnia, docent. In lēctiōne certius iudiciū, quod audientī, frequenter aut suus cuique favor, aut ille laudantium clāmōr, extorquet. <sup>18</sup>Pudet enim dissentīre, et velut tacitā quādā verēcundiā inhibēmur plūs nōbīs crēdere, cum interim et vitiōsa plūribus placent, et ā conrogātīs laudantur etiam quæ nōn placent.

*Actiōnem  
extorquere  
iudiciū*

<sup>19</sup>Sed ē contrāriō, quoque accidit ut optimē dictīs, grātiā prāva iudicia nōn referant. Lēctiō lībera est, nec ut actiōnis impetus trānscurrit, sed repetere sæpius licet — sīve dubitēs, sīve memoriæ penitus adfigere velīs. Repetāmus autem et tractēmus et, ut cibōs mānsōs ac prope liquefactōs dēmittimus quō facilius dīgerantur, ita lēctiō nōn crūda, sed multā iterātiōne mollīta, et velut<sup>b</sup> cōnfecta, memoriæ imitātiōnīque trādatur.

*Lēctiōnem  
līberam esse*

<sup>20</sup>Ac diū nōnnisi optimus quisque, et quī crēdentem sibi minimē fallat, legendus est — sed dīligenter, ac pæne ad scrībendī sollicitūdinem. Nec per partēs modo scrūtanda omnia, sed perlēctus liber, utique ex integrō resūmendus — præcipuēque orātiō, cūjus virtūtēs frequenter ex industriā quoque occultantur. <sup>21</sup>Sæpe enim præparat, dissimulat, īnsidiātur orātor. Eaque in prīmā parte actiōnis dīcit quæ sunt in summā prōfutūra. Itaque suō locō minus placent, adhūc nōbīs quārē dicta sint ignōrantibus : ideōque erunt, cōgnitīs omnibus, repetenda.

*Librōs perlēctōs  
resūmendōs*

<sup>22</sup>Illud vērō ūtilissimum : nōsse eās causās quārum orātiōnēs in manūs sūmpserimus, et, quotiēns continget, utrimque habitās legere actiōnēs — ut Dēmōsthenīs et Æchinis inter sē contrāriās ; et Servī Sulpiciī atque Messālæ, quōrum alter prō Aufidiā, contrā dīxit alter ; et Polliōnis et Cassī, reō Asprēnāte ; aliāsque plūrimās. <sup>23</sup>Quīn etiam, sī minus parēs vidēbuntur aliquæ, tamen ad cōgnōscendam lītium quæstiōnem rēctē requīrentur — ut contrā Cicerōnis orātiōnēs Tūberōnis in Ligārium, et Hortēnsī prō Verre. Quīn etiam eāsdem causās ut quisque<sup>c</sup> erit scīre. Nam dē domō Cicerōnis dīxit Calidius ; et prō Milōne orātiōnem Brūtus, exercitātiōnis grātiā, scrīpsit — etiam sī ēgisse eum Cornēlius Celsus falsō exīstimat ; et Polliō et Messāla dēfendērunt eōsdem ; et, nōbīs puerīs, īnsignēs prō Volusēnō Catulō, Domitī

*duplicatās  
orātiōnēs  
legendās*

a. [quis]

b. [ut]

c. Les éditeurs ajoutent ici généralement <egerit ūtile>.

Afri, Crispī Passiēnī, Decimī Laelī orātiōnēs ferēbantur.

<sup>24</sup>Neque id statim legentī persuāsum sit : omnia quae summī auctōrēs dixerint utique esse perfecta. Nam et lābuntur aliquando, et onerī cēdunt et indulgent ingeniōrum suōrum voluptātī ; nec semper intendunt animum, nōnumquam fatīgantur — cum Cicerōnī dormītāre interim Dēmostenēs, Horātiō vērō etiam Homērus ipse videātur. <sup>25</sup>Summī enim sunt, hominēs tamen. Acciditque, iīs quī quidquid apud illōs reppererunt dīcendī lēgem putant, ut dēteriōra imitentur — id enim est facilius —, ac sē abundē similēs putent sī vitia magnōrum cōnsequantur. <sup>26</sup>Modestō tamen et circumspectō iūdicīō dē tantīs virīs prōnūntiandum est, nē, quod plērīque accidit, damnent quae nōn intellegunt. Ac sī necesse est in alteram errāre partem, omnia eōrum legentibus placēre, quam multa displicēre māluerim.

*Nōn omnia quae summī auctōrēs dixerint esse perfecta*

*Utilité des poètes, des historiens, des philosophes*

<sup>27</sup>Plūrimū dīcit orātōrī cōferre Theophrastus lēctiōnem poētārum ; multīque ējus iūdicium secuntur — neque inmeritō. Namque ab hīs, in rēbus spīritus, et in verbīs sublīmītās, et in adfectibus mōtus omnis, et in persōnīs decor petitur ; praecipuēque, velut attrīta cōtīdiānō āctū forēnsī, ingenia optimē rērum tālium lībertāte reparantur — ideōque in hāc lēctiōne Cicerō requiēscendum putat.

*Ūtilēs orātōrī lēctiōnem poētārum*

<sup>28</sup>Meminerimus tamen nōn per omnia poētās esse orātōrī sequendōs : nec lībertāte verbōrum, nec licentiā figūrārum ; genus ostentātiōnī comparātum ; et, praeter id quod sōlam petit voluptātem, eamque<sup>a</sup> fingendō nōn falsa modo, sed etiam quaedam incredibilia, sectātur, patrōciniō quoque aliquō iuvārī. <sup>29</sup>Quod, alligāta ad certam pedum necessitātem, nōn semper ūtī propriīs possit, sed dēpulsā rēctā viā, necessāriō ad ēloquendī quaedam dēverticula cōnfigiat. Nec mūtāre<sup>b</sup> modo verba, sed extendere, corripere, convertere, dīvidere cōgātur. Nōs vērō armātōs stāre in aciē, et summīs dē rēbus dēcernere, et ad victōriam nītī. <sup>30</sup>Neque ego arma squālēre sitū ac rōbīgine velim, sed fulgōrem in iīs esse quī terreat — quālis est ferrī, quō mēns simul vīsusque praestringitur, nōn quālis aurī argentīque, inbellis et potius habentī perīculōsus.

*Nōn per omnia poētās esse sequendōs*

<sup>31</sup>Historia quoque alere orātōrem, quōdam ūberī iūcundōque sūcō, potest. Vērū et ipsa sic est legenda... ut sciāmus plērāsque ējus virtūtēs orātōrī esse vītandās. Est enim proxima poētīs, et quōdam modō carmen solūtum est ; et scrībitur ad narrandum, nōn ad probandum. Tōtumque opus nōn ad āctum reī pūgnamque praesentem, sed ad memoriā posteritātis et ingenī fāmam compōnitur. Ideōque et verbīs remōtiōribus, et līberiōribus figūrīs, narrandī tādium ēvītāt.

*Quō modō historiam ūtilem esse*

<sup>32</sup>Itaque, ut dīxī, neque illa Sallustiāna brevitās, quā nihil, apud aurēs vacuās atque ērudītās, potest esse perfectius, apud occupātum variīs

*Quae ex historiā vītanda sint*

a. [etiam]  
b. [-que]

cōgitātiōnibus iūdicem, et sæpius inērudītum, captanda nōbīs est. Neque illa Līvī lactea ūbertās satis docēbit eum quī nōn speciem expositiōnis, sed fidem quærit. <sup>33</sup>Adde quod M. Tullius nē Thūcŷdidēn quidem, aut Xenophontem, ūtilēs ōrātōrī putat, quamquam illum « bellicum canere », hūjus ōre « Mūsās esse locūtās » exīstimet. Licet tamen nōbīs in dīgressiōnibus ūtī vel historicō nōnnumquam nitōre, dum in iīs dē quibus erit quæstiō meminērimus nōn āthlētārum torīs sed mīlitum lacertīs *opus* esse, nec versicolōrem — illam quā Dēmētrius Phalēreus dīcēbātur ūtī — vestem bene ad forēnsē pulverem facere.

<sup>34</sup>Est et alius ex historiīs ūsus, et is quidem maximus, sed nōn ad præsēntem pertinēns locum : ex cognitiōne rērum exemplōrumque, quibus in prīmīs īnstrūctus esse dēbet ōrātor. Nec omnia testimōnia expectet ā litigātōre, sed plēraque ex vetustāte, dīligenter sibi cōgnitā, sūmat — hōc potentiōra : quod ea sōla crīminibus odiī et grātiā vacant.

*Quī ūsus  
historiæ sit*

<sup>35</sup>Ā philosophōrum vērō lēctiōne ut essent multa nōbīs petenda, vitiō factum est ōrātōrum — quī quidem illīs optimā suī operis parte cessērunt. Nam et dē iūstīs, honestīs, ūtilibus, iīsque quæ sint istīs contrāria, et dē rēbus dīvinīs maximē dīcunt, et argūmentantur ācritē ; et altercātiōnibus atque interrogātiōnibus ōrātōrem futūrum optimē Sōcraticī præparant. <sup>36</sup>Sed hīs quoque adhibendum est simile iūdicium : ut etiam, cum in rēbus versēmur īdem, nōn tamen eandem esse condiōnem sciāmus litium ac disputātiōnum, forī et audītōriī, præceptōrum et perīculōrum.

*Ā  
philosophōrum  
multa petenda*

*Quels  
auteurs  
faut-il lire ?*

<sup>37</sup>Crēdō exāctūrōs plērōsque, cum tantum esse ūtilitātis in legendō iūdicēmus, ut id quoque adjungāmus operī : quī sint *legendī*, quæ in auctōre quōque præcipua virtūs. Sed persequī singulōs īnfīnītī fuerit operis. <sup>38</sup>Quippe cum in *Brūtō* M. Tullius, tot mīlibus versuum, dē Rōmānīs tantum ōrātōribus loquātur, et tamen dē omnibus ætātis suæ, quī quidem tum vīvēbant, exceptīs Cæsare atque Mārcellō, silentium ēgerit : quis erit modus sī et illōs et quī postea fuērunt et Græcōs omnīs et philosophōs\*<sup>a</sup> ?

*Difficile est  
dicere quī sint  
legendī*

<sup>39</sup>Fuit igitur brevitas illa tūtissima quæ apud Līvium in epistolā ad filium scrīptā : « legendōs Dēmōsthenēn atque Cicerōnem, tum ita ut quisque esset Dēmōsthenī et Cicerōnī simillimus. » <sup>40</sup>Nōn est dissimulanda nostrī quoque iūdicīi summa : paucōs enim, vel potius vix ūllum, ex iīs quī vetustātem pertulērunt, exīstimō posse reperīrī quīn, iūdicium adhibentibus, allātūrus sit ūtilitātis aliquid — cum sē Cicerō, ab illīs quoque vetustissimīs auctōribus, īgeniōsīs quidem sed arte carentibus, plūrimum fateātur adjūtum.

*Vetustissimōs  
auctōres  
ūtillissimōs esse*

<sup>41</sup>Nec multō aliud dē novīs sentiō : quotus enim quisque invenīrī tam dēmēns potest quī, nē minimā quidem alicūjus certē fiduciā partis, memoriā posteritātis spērāverit ? Quī, sī quis est, intrā prīmōs statim versūs dēprehendētur, et citius nōs dīmittet quam ut ējus nōbīs, magnō

*Novōs nōn  
inūtīlēs*

a. On peut supposer *exsequar* ici.

temporis detrimento, constet experimentum.

<sup>42</sup>Sed non quidquid ad aliquam partem scientiae pertinet, protinus ad faciendam etiam φράσιν, de qua loquimur, accommodatum. Verum antequam de singulis loquar, pauca in univsum de varietate opinionum dicenda sunt. <sup>43</sup>Nam quidam solos veteres legendos putant, neque in ullis aliis esse naturalem eloquentiam, et robur viris dignum, arbitrantur; alios recens haec lascivia deliciaeque, et omnia ad voluptatem multitudinis imperitae composita, delectant.

*De varietate opinionum*

<sup>44</sup>Ipsorum etiam qui rectum dicendi genus sequi volunt, alii pressa demum, et tenuia, et quae minimum ab usu cotidianum recedant, sana et vere Attica putant; quosdam elatior ingenii vis et magis concitata et plena spiritus capit; sunt etiam lenis, et nitidi, et compositi generis non pauci amatores. De qua differentiā disseram diligentius cum de genere dicendi quaerendum erit; interim summam quid, et a qua lectio, petere possint, qui confirmare facultatem dicendi volent, attingam.

*Non etiam nunc de recto dicendi genero se disserturum*

<sup>45</sup>Paucos — sunt enim eminentissimi — excerpere in animo est. Facile est autem studiosis qui sint his simillimi iudicare: ne quisquam queratur omissos forte aliquos quos ipse valde probet, fateor enim pluris legendos esse quam qui nominabuntur. Sed nunc genera ipsa lectio, quae praecipue convenire intendentibus ut oratores fiant existimem, persequor.

*Quae convenient ad oratores faciendos se persecuturum*

## Qui Graeci legendi

*Les poètes épiques*

<sup>46</sup>Igitur, ut Aratus ab Jove incipiendum putat, ita nos rite coepturi ab Homero videmur. Hic enim — quem ad modum ex Oceanum dicit ipse annum fontiumque cursus initium capere — omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nempe in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem laetus ac pressus, jucundus et gravis, tum copiam brevitate mirabilis, nec poeticam modo sed oratoriam virtute eminentissimus.

*Ab Homero incipiendum*

<sup>48</sup>Adfectus quidem vel illos mites vel hos concitatos, nempe erit tam indoctus qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. Age vero, non utriusque operis ingressu, in paucissimis versibus, legem prohemiorum non dico servavit, sed constituit? Nam et benivolum auditorem, invocatio dearum quas praesidere vatibus creditum est, et intentum proposita rerum magnitudine, et docilem summam celeriter comprehensa facit.

*Homeri prohemios excellentes esse*

<sup>49</sup>Narrare vero quis brevius quam qui mortem nuntiat Patrocli, quis significantius potest quam qui Curetum Aetolorumque proelium exponit? Jam similitudinibus, amplificatiombus, exempla, digressus, signa rerum et argumenta, ceteraque quae probandi ac refutandi sunt, ita multa ut etiam qui de artibus scripserunt plurima rerum testimonia ab hoc poeta petant.

*De Homeri aliis virtutibus*



<sup>50</sup>Nam epilogus quidem quis umquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus aequari? Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? — ut magni sit viri virtutes ejus non aemulatione, quod fieri non potest, sed intellectui sequi.

<sup>51</sup>Verum hic omnis sine dubio et in omni genere eloquentiae procul a se reliquit, epicus tamen praecipue, videlicet quia durissima in materia simili comparatio est. <sup>52</sup>Raro adsurgit Hesiodus magna pars ejus in nominibus est occupata, tamen utilis circa praecipua sententiae, levitasque verborum et compositionis probabilis. Daturque ei palma in illo medio genere dicendi.

*Hesiodum  
adsurgere*

<sup>53</sup>Contra in Antimachos vis et gravitas et minimae vulgare eloquentiae genus habet laudem. Sed quavis ei secundas ferre grammaticorum consensus deferat, et adfectibus et jucunditate et dispositione et omnino arte deficitur — ut plane manifestum appareat quantum sit aliud proximum esse, aliud secundum. Panyasin, ex utroque mixtum, putant in eloquentia neutrius aequare virtutes, alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari.

*De Antimachos  
Panyasinque*

<sup>54</sup>Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poetarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt; non tamen contemnendum edidit opus aequali quadam mediocritate.

*Apollonium  
non  
contemnendum*

*Les poètes  
lyriques*

<sup>55</sup>Arati materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nullus adfectus, nulla persona, nulla cuiusquam sit oratio; sufficit tamen operi cui se parem credidit. Admirabilis in suo genere Theocritus, sed Musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat.

*De Arato  
Theocritoque*

<sup>56</sup>Audire videor undique congerentis nomina plurimorum poetarum. Quid? Herculis acta non bene Pysandros? Quid? Nicandrum frustra secuti Macer atque Vergilius? Quid? Euphoriōnem transibimus? Quem nisi probasset Vergilius idem, numquam certe conditorum Chalcidico versu carminum, fecisset in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius frustra Tyrtaeum Homero subjungit? <sup>57</sup>Nec sane quisquam est tam procul a cognitione eorum remotus, ut non indicem certe, ex bibliotheca sumptum, transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos transeo nec utique damno, ut qui dixerim esse omnibus utilitatis aliquid.

*Multos se  
transire*

<sup>58</sup>Sed ad illos, jam perfectis constitutisque viribus, revertemur. Quod in cenis grandibus saepe facimus, ut, cum optimis satiati sumus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata sit. Tunc et elegiam vacabit in manus sumere — cuius princeps habetur Callimachus, secundas, confessione plurimorum, Philetas occupavit.

*De elegia*

<sup>59</sup>Sed dum adsequimur illam firmam, ut dixi, facilitatem, optimis aduendum est; et multa magis quam multorum lectione formanda mens, et ducendus color. Itaque, ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum, ad ἔξιν maximae pertinebit unus Archilochus. <sup>60</sup>Summa in hoc vis

*Archilochum  
excellentem esse*

ēlocūtiōnis, cum validae tum brevēs vibrantēsque sententiā, plūrimum sanguinis atque nervōrum, adeō ut videātur quibusdam quod quōquam minor est māteriā esse, nōn ingenī vitium.

<sup>61</sup>Novem vērō lyricōrum longē Pindarus prīnceps, spīritū, magnificentiā, sententiīs, figurīs, beātissimā rērum verbōrumque cōpiā, et velut quōdam ēloquentiā flūmine. Propter quae Horātius eum meritō nēminī crēdit imitābilem. <sup>62</sup>Stēsichorum quam sit ingenīo validus māteriā quoque ostendunt — maxima bella et clārissimōs canentem ducēs, et epicī carminis onera lyrā sustinentem. Reddit enim persōnīs, in agendō simul loquendōque, dēbitam dīgnitātem. Ac sī tenuisset modum vidētur aemulārī proximus Homērum potuisse; sed redundat atque effunditur, quod ut est reprehendendum, ita cōpiā vitium est.

*Dē Pindarō  
Stēsichorōque*

<sup>63</sup>Alcæus, in parte operis, aureō plēctrō meritō dōnātur. Quā tyrannōs īnsectātus, multum etiam mōribus cōnfert; in ēloquendō quoque brevis, et magnificus, et dīligēns, et plērumque orātōrī similis. Sed et lūsit et in amōrēs dēscendit, mājōribus tamen aptior. <sup>64</sup>Simōnidēs, tenuis aliōquī, sermōne propriō et jūcunditāte quādā commendārī potest — prācipua tamen ējus, in commovendā miserātiōne, virtūs, ut quīdam in hāc eum parte, omnibus ējusdem operis auctōribus, prāferant.

*Dē Alcæō  
Simōnidēque*

*Le théâtre*

<sup>65</sup>Antīqua cōmœdia, cum sincēram illam sermōnis Atticī grātiam prope sōla retinet, tum fācundissimae libertātis, et sī est in īnsectandīs vitiīs prācipua, plūrimum tamen vīrium etiam in cēterīs partibus habet. Nam et grandis et ēlegāns et venusta, et nesciō an ūlla — post Homērum tamen, quem, ut Achillem, semper excipī pār est — aut similior sit orātōribus, aut ad orātōrēs faciendōs aptior. <sup>66</sup>Plūrēs ējus auctōrēs — Aristophanēs tamen et Eupolis Cratīnusque prācipuī.

*Antīquam  
cōmœdiam  
plūrimum  
vīrium habere*

Tragœdiās prīmus in lūcem Æschylus prōtulit, sublīmis et gravis et grandilocus sæpe usque ad vitium, sed rudis in plērīque et incompositus. Propter quod corrēctās ējus fābulās in certāmen dēferre posterīoribus poētīs Athēniēnsēs permīsere: suntque eō modō multī corōnātī.

*Æschylum  
corrīgendum*

<sup>67</sup>Sed longē clārīus inlūstrāvērunt hoc opus Sophoclēs atque Eurīpidēs, quōrum, in disparī dīcendī viā, uter sit poēta melior inter plūrimōs quæritur. Idque ego sānē, quoniam ad prāsentem māteriā nihil pertinet, injūdicātum relinquo. Illud quidem nēmō nōn fateātur necesse est: iīs quī sē ad agendum comparant, ūtiliōrem longē fore Eurīpidē.

*Ūtrum  
Sophoclēs an  
Eurīpidēs sit  
melior*

<sup>68</sup>Namque is et sermōne (quod ipsum reprehendunt quibus gravitās et coturnus et sonus Sophoclī vidētur esse sublīmior) magis accēdit orātōriō generī; et sententiīs dēnsus; et in iīs quae ā sapientibus trādita sunt, pæne ipsīs pār; et in dīcendō ac respondendō, cuilibet eōrum quī fuērunt in forō disertī comparandus; in adfectibus vērō cum omnibus mīrus, tum in iīs quī miserātiōne cōnstant, facile prācipuus.

*Eurīpidē  
magis accēdere  
orātōriō generī*

<sup>69</sup>Hunc et admīrātus maximē est, ut sæpe testātur, et secūtus, quamquam

*Menandrum  
sufficere*

in opere diversō, Menander. Quī vel ūnus, meō quidem iudiciō, diligenter lēctus, ad cūncta quæ præcipimus effingenda sufficiat : ita omnem vītæ imāginem expressit, tanta in eō inveniendī cōpia, et ēloquendī facultās, ita est omnibus rēbus persōnīs adfectibus accommodātus. <sup>70</sup>Nec nihil profectō vidērunt quī orātiōnēs quæ Charisī nōmine eduntur ā Menandrō scrīptās putant. Sed mihi longē magis orātor probārī in opere suō vidētur — nisi forte aut illa iudicia quæ Epitrepontēs, Epiclēros, Locræ habent, aut meditātiōnēs in Psophodee, Nomothetē, Hypobolimæō nōn omnibus orātōris numerīs sunt absolūtæ.

<sup>71</sup>Ego tamen plūs adhūc quiddam conlātūrum eum declāmātōribus putō, quoniam hīs necesse est, secundum condiciōnem, contrōversiārum plūrēs subīre persōnās : patrum filiōrum, *cælibum* marītōrum, mīlitum rūsticōrum, dīvitum pauperum, irāscēntium dēpreccantium, mītium asperōrum. In quibus omnibus, mīrē custōdītur ab hōc poētā decor.

*Ējus persōnās  
plūrimārum  
condiciōnum  
esse*

<sup>72</sup>Atque ille quidem, omnibus ējusdem operis auctōribus, abstulit nōmen, et fulgōre quōdam suæ clāritātis, tenebrās obdūxit. Habent tamen aliī quoque cōmicī, sī cum veniā legantur, quædam quæ possīs dēcerpere, et præcipuē Philēmōn. Quī ut, prāvīs suī temporis iudiciīs, Menandrō sæpe prælātus est, ita, cōnsēnsū tamen omnium, meruit crēdī secundus.

*Philēmōnem  
Menandrō  
secundum esse*

*La prose :  
Historiens,  
orateurs et  
philosophes*

<sup>73</sup>Historiam multī scrīpsēre præclārē ; sed nēmō dubitat longē duōs cēterīs præferendōs, quōrum dīversa virtūs laudem pæne est parem cōnsecūta. Dēnsus et brevis et semper īnstāns sibi Thūcūdidēs ; dulcis et candidus et fūsus Hērodotus. Ille concitātīs, hic remissīs adfectibus melior ; ille contiōnibus, hic sermōnibus ; ille vī, hic voluptāte.

*Dē Thūcūdidē  
Hērodotōque*

<sup>74</sup>Theopompus, hīs proximus, ut in historiā prædictīs minor, ita orātōrī magis similis, ut quī, antequam est ad hoc opus sollicitātus, diū fuerit orātor. Philistus quoque merētur, quī turbæ quamvīs bonōrum post eōs auctōrum eximātur — imitātor Thūcūdidī et ut multō īfirmior, ita aliquātenus lūcidior. Ephorus, ut Isocratī vīsum, calcāribus eget. Clītarchī probātur ingenium, fidēs īnfāmātur. <sup>75</sup>Longō post intervallō temporis nātus, Tīmāgenēs vel hōc est ipsō probābilis : quod, intermissam historiās scrībendī industriam, novā laude reparāvit. Xenophōn nōn excidit mihi, sed inter philosophōs reddendus est.

*Dē aliīs qui  
historiam  
scrīpserunt*

<sup>76</sup>Sequitur orātōrum ingēns manus, utcum decem simul Athēnīs ætās ūna tulerit. Quōrum longē prīnceps Dēmosthenēs ; ac pæne lēx orandī fuit. Tanta vīs in eō, tam dēnsa omnia, ita quibusdam nervīs intenta sunt, tam nihil ōtiōsum — is dīcendī modus ut nec quod dēsit in eō, nec quod redundet inveniās. <sup>77</sup>Plēnior Æschinēs, et magis fūsus, et grandīōrī similis, quō minus strictus est. Carnis tamen plūs habet, minus lacertōrum. Dulcis in prīmīs et acūtus Hyperīdēs, sed minōribus causīs, ut nōn dīxerim vīlīōribus, magis pār.

*Dē orātōribus  
ex Dēmosthenis  
ætāte*

<sup>78</sup>Hīs ætāte Lysiās mājor, subtilis atque ēlegāns — et quō nihil, sī orātōrī satis sit docēre, quærās perfectius. Nihil enim est ināne, nihil arcessītum —

*Dē Lysiā  
Isocrateque*

pūrō tamen fontī quam magnō flūminī propior. <sup>79</sup>Isocratēs, in dīversō genere dīcendī nitidus et cōmptus, et palēstrā quam pūgnāe magis accommodātus, omnēs dīcendī venerēs sectātus est, nec inmeritō. Audītōriīs enim sē, nōn jūdicīīs comparārat : in inventiōne facilis, honestī studiōsus, in compositiōne adeō dīligēns, ut cūra ējus reprehendātur.

<sup>80</sup>Neque ego in hīs, dē quibus sum locūtus, hās sōlās virtūtēs, sed hās prācipuās putō, nec cēterōs parum fuisse magnōs. Quīn etiam Phalērea illum Dēmētrium, quamquam is prīmus inclināsse ēloquentiam dīcitur, multum INSTITUTIONIS ORATORIAE ingenīi habuisse et fācundiae fateor, vel ob hoc memoriā dīgnam : quod ultimus est ferē ex Atticīs quī dīcī possit orātor — quem tamen in illō mediō genere dīcendī prāfert omnibus Cicerō.

*Phalērea  
Dēmētrium  
memoriā  
dīgnam esse*

<sup>81</sup>Philosophōrum, ex quibus plūrimum sē trāxisse ēloquentiae M. Tullius cōnfītētur, quis dubitet Platōnem esse prācipuum sive acūmine disserendī, sive ēloquendī facultāte dīvinā quādā et Homēricā ? Multum enim suprā prōrsam orātiōnem, et quam pedestrem Grēcī vocant, surgit — ut mihi nōn hominis ingenīo, sed quōdam Delphicō videātur orāculō instīctus.

*Platōnem pāne  
dīvinum esse*

<sup>82</sup>Quid ego commemorem Xenophontis illam jūcunditātem inadfectātam, sed quam nūlla cōsequī adfectātiō possit ? — ut ipsae sermōnem fīnxisse Grātiae videantur ; et quod dē Pericle veteris cōmœdiæ testimōnium est, in hunc trāsferrī jūstissimē possit : in lābrīs ējus sēdisse quandam persuādendī deam.

*Xenophontī  
persuādendī  
deam esse*

<sup>83</sup>Quid reliquōrum Sōcraeticōrum ēlegantiam ? Quid Aristotelē ? Quem dubitō scientiā rerum, an scrīptōrum cōpiā, an ēloquendī<sup>a</sup> suāvitāte, an inventiōnum acūmine, an varietāte operum, clāriōrem putem. Nam in Theophrastō tam est loquendī nitor ille dīvinus, ut ex eō nōmen quoque trāxisse dīcātur. <sup>84</sup>Minus indulserē ēloquentiae Stōicī veterēs, sed cum honesta suāsērunt, tum in colligendō, probandōque quae instituerant, plūrimum valuērunt — rēbus tamen acūtī magis quam, id quod sanē nōn adfectārunt, orātiōne magnificī.

*Dē aliīs  
philosophīs*

## Quī Rōmānī legendī

*Poètes  
épiques,  
lyriques et  
dramatiques*

<sup>85</sup>Idem nobīs per Rōmānōs quoque auctōrēs ordō dūcendus est. Itaque ut apud illōs Homērus, sic apud nōs Vergilius auspiciatissimum dederit exordium, omnium ējus generis poētārum Grēcōrum nostrōrumque, haud dubiē proximus. <sup>86</sup>Utar enim verbīs isdem quae ex Afrō Domitiō juvenis excēpī, quī mihi interrogantī quem Homērō crēderet maximē accēdere : « Secundus, inquit, est Vergilius, propior tamen primō quam tertiō ». Et hercule, ut illī nātūrā caelestī atque inmortalī cesserimus, ita cūrā et

*Vergiliū  
exstāre*

a. [ūsū]

diligentiæ vel ideō in hōc plūs est : quod eī fuit magis labōrandum. Et quantum ēminentibus vincimur, fortasse æquālitate pēnsāmus. Cēterī omnēs longē sequentur.

<sup>87</sup>Nam Macer et Lūcrētius legendī quidem, sed nōn ut φράσις, id est corpus ēloquentiæ, faciant, ēlegantēs in suā quisque māteriā, sed alter humilis, alter difficilis. Atacīnus Varrō, in iīs per quæ nōmen est adsecūtus interpres operis aliēnī, nōn spernendus quidem — vērūm ad augendam facultātem dīcendī parum locūples. <sup>88</sup>Ennium, sicut sacrōs vetustāte lūcōs, adōrēmus, in quibus grandia et antīqua rōbora jam nōn tantam habent speciem quantam religiōnem. Propiōrēs aliī atque ad hoc dē quō loquimur magis ūtilēs. Lascīvus quidem in *Hērōīs* quoque Ovidius, et nimium amātor ingeniī suī — laudandus tamen partibus. <sup>89</sup>Cornēlius autem Sevērus, etiam sī est versificātor quam poēta melior, sī tamen, ut est dictum, ad exemplar prīmī librī, *Bellum Siculum* perscrīpsisset, vindicāret sibi jūre secundum locum. Serrānum cōsummārī mors inmātūra nōn passa est ; puerīlia tamen ējus opera et maximam indolem ostendunt, et admīrābilem, præcipuē in ætāte illā, rēctī generis voluntātem. <sup>90</sup>Multum in Valeriō Flaccō nūper amīsimus. Vehemēns et poēticum ingenium Salē Bassī fuit ; nec ipsum senectūte mātūruit. Rabīrius ac Pedō nōn indignī cognitiōne, sī vacet. Lūcānus ārdēns et concitātus et sententiīs clārissimus et, ut dīcam quod sentiō, magis orātōribus quam poētīs imitandus.

*Dē aliīs epicīs*

<sup>91</sup>Hōs nōmināmus quia Germānicum Augustum ab īnstitūtīs studiīs dēflexit cūra terrārum, parumque dīs vīsum est esse eum maximum poētārum. Quid tamen hīs ipsīs ējus operibus in quæ, dōnātō imperiō, juvenis sēcesserat sublīmius, doctius, omnibus dēnique numerīs præstantius ? Quis enim caneret bella melius quam quī sic gerit ? Quem præsidētēs studiīs deæ propius audīrent ? Cuī magis suās artīs aperīret, familiāre nūmen, Minerva ? <sup>92</sup>Dīcent hæc plēnius futūra sæcula : nunc enim, cēterārum fulgōre virtūtum, laus ista præstringitur. Nōs tamen sacra litterārum colentīs, ferēs, Cæsar, sī nōn tacitum hoc præterimus et Vergiliānō certē versū testāmur « inter victrīcēs hederam tibi serpere laurūs. »

*Germānicum Augustum sublīmem esse*

<sup>93</sup>Elegiā quoque Græcōs prōvocāmus, cūjus mihi tersus atque ēlegāns maximē vidētur auctor Tibullus. Sunt quī Propertium mālint. Ovidius utrōque lascīvior, sicut dūrior Gallus.

*Dē elegiā*

Saturā quidem tōta nostra est ; in quā prīmus īnsīgnem laudem adeptus Lūcīlius, quōsdam ita dēditōs sibi adhūc habet amātōrēs, ut eum nōn ējusdem modo operis auctōribus, sed omnibus poētīs præferre nōn dubitent. <sup>94</sup>Ego quantum ab illīs, tantum ab Horātiō dissentīō, quī Lūcīlium « fluere lutulentum », et esse aliquid quod tollere possīs, putat. Nam et ērudītiō in eō mīra et libertās atque inde acerbitās et abundē salis. Multum est tersior ac pūrus magis Horātius et, nisi lābor ējus amōre, præcipuus. Multum et vēræ glōriæ, quamvīs ūnō librō, Persius meruit. Sunt clārī hodiēque, et quī ōlim

*Dē saturā*

nōminābuntur.

<sup>95</sup>Alterum illud, etiam prius, saturæ genus, sed nōn sōlā carminum varietāte mixtum, condidit Terentius Varrō, vir Rōmānōrum ērudītissimus. Plūrimōs hic librōs et doctissimōs composuit ; perītissimus linguæ Latīnæ, et omnis antīquitātis, et rērum Græcārum nostrārumque — plūs tamen scientiæ conlātūrus quam ēloquentiæ.

*Dē alterō  
saturæ genere*

<sup>96</sup>Iambus nōn sānē ā Rōmānīs celebrātus est ut proprium opus — †quibusdam interpositus†. Cūjus acerbitās in Catullō Bibāculō Horātiō, quamquam illī epōdōs intervenit, reperiātur. At lyricōrum īdem Horātius ferē sōlus legī dīgnus. Nam et īnsurgit aliquando ; et plēnus est jūcunditātis et grātiæ, et varius figūrīs, et verbīs fēlicissimē audāx. Sī quem adjicere velīs, is erit Cæsius Bassus, quem nūper vīdimus ; sed eum longē præcēdunt ingenia vīventium.

*De iambō*

<sup>97</sup>Tragœdiæ scrīptōrēs veterum Accius atque Pācuvius clārissimī gravitāte sentiārum, verbōrum pondere, auctōritāte persōnārum. Cēterum nitor, et summa in excolendīs operibus manus, magis vidērī potest temporibus, quam ipsīs dēfuisse. Vīrium tamen Acciō plūs tribuitur ; Pācuvium vidērī doctiōrem quī esse doctī adfectant volunt. <sup>98</sup>Jam Varī *Thyestēs* cūlibet Græcārum comparārī potest. Ovidī *Mēdēa* vidētur mihi ostendere quantum ille vir præstāre potuerit, sī ingeniō suō imperāre quam indulgēre māluisset. Eōrum quōs vīderim longē prīnceps Pompōnius Secundus. Quem senēs<sup>a</sup> parum trāgicum putābant, ēruditiōne ac nitōre præstāre cōnfitēbantur.

*Quī tragœdiæ  
scrīptōrēs  
valent*

<sup>99</sup>In cōmœdiā maximē claudicāmus. Licet Varrō « Mūsas, Ælī Stilōnis sentiā, Plautīnō, dīcat, sermōne locūtūras fuisse, sī Latīnē loquī vellent » ; licet Cæcilium veterēs laudibus ferant ; licet Terentī scrīpta ad Scīpiōnem Africānum referantur — quæ tamen sunt in hōc genere ēlegantissima, et plūs adhūc habitūra grātiæ, sī intrā versūs trīmetrōs stetissent. <sup>100</sup>Vix levem cōsequimur umbram, adeō ut mihi sermō ipse Rōmānus nōn recipere videātur illam, sōlis concessam Atticīs, venerem — cum eam nē Græcī quidem in aliō genere linguæ optinuerint. Togātīs excellit Afrānius : utinam nōn inquināset argūmenta puerōrum foedīs amōribus, mōrēs suōs fassus !

*Rōmānōs in  
cōmœdiā  
claudicāre*

*Historiens*

<sup>101</sup>At nōn historia cesserit Græcīs. Nec oppōnere Thūcýdidī Sallustium verear ; nec indignētur sibi Hērodotus æquārī Titum Līvium, cum in narrandō mīræ jūcunditātis clārissimīque candōris, tum in contiōnibus suprā quam ēnarrārī potest ēloquentem, ita quæ dīcuntur omnia cum rēbus tum persōnīs accommodāta sunt. Adfectūs quidem, præcipuēque eōs quī sunt dulciōrēs, ut parcissimē dīcam, nēmō historicōrum commendāvit magis. <sup>102</sup>Ideōque illam inmortālem Sallustī vėlōcitātem dīversīs virtūtibus cōnsecūtus est. Nam mihi ēgregiē dīxisse vidētur Servīlius Nōniānus « parēs

*Dē Sallustīo  
Titō Līviōque*

a. [quem]



eōs magis quam similēs. » Quī et ipse ā nōbīs audītus est, clārī vir ingeniī et sententiīs crēber, sed minus pressus quam historiāe auctōritās postulat.

<sup>103</sup>Quam, paulum aetate praecedens, eum Bassus Aufidius egregiē, utique in librīs *Bellī Germānicī*, praestitit genere ipsō — probābilis in omnibus, sed in quibusdam suīs ipse vīribus minor. <sup>104</sup>Superest adhūc et exōrnat aetātis nostrāe glōriam vir saeculōrum memoriā dīgnus, quī olīm nōminābitur, nunc intellegitur. Habet amātōrēs — nec inmeritō — Cremūtī libertās ; quamquam circumcīsīs quāe dīxisse eī nocuerat. Sed elātum abundē spīritum et audacēs sententiās dēprehendās etiam in īs quāe manent. Sunt et aliī scrīptōrēs bonī ; sed nōs genera dēgustāmus, nōn bibliothēcās excutimus.

*Dē ceteribus  
historicis*

*Orateurs*

<sup>105</sup>Oratōrēs vērō vel praecipuē Latīnam ēloquentiam parem facere Grāecae possunt : nam Cicerōnem cuicumque eōrum fortiter opposuerim. Nec ignōrō quantam mihi concitem pūgnam — cum praesertim nōn id sit prōpositī : ut eum Dēmōsthenī comparem hōc tempore. Neque enim attinet, cum Dēmōsthenē in prīmīs legendum, vel ēdiscendum potius, putem. <sup>106</sup>Quōrum ego virtūtēs plērāsque arbitror similēs : cōnsilium, ōrdinem, dīvidendī praeparandī probandī ratiōnem, omnia dēnique quāe sunt inventiōnis. In ēloquendō est aliqua dīversitās : dēnsior ille, hic cōpiōsior, ille conclūdit adstrictius, hic lātius, pūgnat ille acūmine semper, hic frequenter et pondere, illīc nihil dētrahī potest, hīc nihil adjicī, cūrāe plūs in illō, in hōc nātūrāe.

*Num Cicerō  
Dēmōsthenēm  
valeat*

<sup>107</sup>Salibus certē et commiseratiōne, quāe duo plūrimum *in* adfectibus valent, vincimus. Et fortasse epilogōs illī mōs cīvitātis abstulerit, sed et nōbīs illa quāe Atticī mīrantur dīversa Latīnī sermōnis ratiō minus permīserit. In epistulīs quidem, quamquam sunt utrīusque, dialogīsve, quibus nihil ille, nūlla contentiō est. <sup>108</sup>Cēdendum vērō in hōc, quod et prior fuit, et ex magnā parte Cicerōnem, quantus est, fēcit. Nam mihi vidētur M. Tullius, cum sē tōtum ad imitātiōnem Grāecōrum contulisset, effīnxisse vim Dēmōsthenis, cōpiam Platōnis, jūcunditātem Isocratis. <sup>109</sup>Nec vērō quod in quōque optimum fuit studiō cōnsecūtus est tantum ; sed plūrimās, vel potius omnēs, ex sē ipsō virtūtēs extulit inmortalis ingeniī beātissima ūbertās. Nōn enim pluvias, ut ait Pindarus, aquās colligit, sed vīvō gurgite exundat — dōnō quōdam prōvidentiāe genitus, in quō tōtās vīrēs suās ēloquentia experīrētur.

*Cicerōnem  
omnēs  
Grāecōrum  
virtūtēs extulisse*

<sup>110</sup>Nam quis docēre dīligentius, movēre vehementius potest, cui tanta umquam jūcunditās adfuit ? — ut ipsa illa quāe extorquet, impetrāre eum crēdās ; et cum trānsversum vī suā jūdicem ferat, tamen ille nōn rapī videātur sed sequī. <sup>111</sup>Jam in omnibus quāe dīcit tanta auctōritās īnest, ut dissentīre pudeat, nec advocātī studium sed testis aut jūdicis adferat fidem — cum interim hāc omnia, quāe vix singula quisquam intentissimā cūrā cōnsequī posset, fluunt inlabōrāta ; et illa, quā nihil pulchrius audītum est, ōratiō praē sē fert tamen fēlicissimam facilitātem. <sup>112</sup>Quārē nōn inmeritō ab hominibus « aetātis suae regnāre in jūdicīs » dictus est. Apud posterōs vērō, id cōnsecūtus : ut Cicerō jam nōn hominis nōmen, sed ēloquentiāe habeātur.

*Cicerōnem  
fēlicissimā  
facilitate  
regnāvisse in  
jūdicīs*

Hunc igitur spectemus ; hoc propositum nobis sit exemplum ; ille se profecisse sciat cui Cicerone valde placebit.

<sup>113</sup>Multa in Asinio Pollione inventio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur ; et consilio et animi satis ; a nitore et jucunditate Ciceronis ita longe abest ut videre possit saeculo prior. At Messala nitidus et candidus et quodam modo praefrens in dicendo nobilitatem suam, viribus minor. <sup>114</sup>C. vero Caesar si fore tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur : tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse quo bellavit appareat. Exornat tamen haec omnia mira sermone, cuius proprie studiosus fuit, elegantia.

*Dē Pollione  
Caesareque*

<sup>115</sup>Multum ingenium in Caelio ; et praecipue in accusando multa urbanitas ; dignusque vir cui et mens melior, et vita longior contigisset. Inveni qui Calvum praefrent omnibus ; inveni qui Ciceroni crederent « eum nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse. » Sed est et sancta et gravis oratio, et castigata et frequenter vehemens quoque. Imitator autem est Atticorum ; fecitque illi properata mors injuriam, si quid adiecturus sibi, non si quid detractus, fuit. <sup>116</sup>Et Servius Sulpicius insignem non inmerito famam tribus orationibus meruit.

*Dē ceteris  
oratoribus  
antiquioribus*

Multa si cum iudicio legatur dabit imitatione digna Cassius Severus ; qui, si ceteris virtutibus, colorem et gravitatem orationis adjecisset, ponendus inter praecipuos foret. <sup>117</sup>Nam et ingenium plurimum est in eo et acerbitas mira et urbanitas et sermo, sed plus stomacho quam consilio dedit : praeterea ut amari salis, ita frequenter amaritudine ipsa ridicula est. <sup>118</sup>Sunt alii multum disertum, quos persequi longum est. Eorum quos viderim Domitius Afer et Iulius Africanus longe praestantissimi. Verborum arte, ille, et toto genere dicendi, praefendus ; et quem in numero veterum habere non timeas. Hic concitator, sed in cura verborum nimius, et compositione nonnumquam longior, et tractationibus parum modicus.

*Dē  
recentioribus  
oratoribus*

Erant clara et nuper ingenia. <sup>119</sup>Nam et Trachalus plerumque sublimis et satis apertus fuit et quem velle optima crederes ; auditus tamen major. Nam et vocis quantam in nullo cognovi felicitas ; et pronuntiatio vel scenis suffectura ; et decor, omnia denique ei quae sunt extra superfuere. Et Vibius Crispus, compositus et jucundus et delectationi natus ; privatis tamen causis quam publicis melior.

*Dē Trachalo  
Crispoque*

<sup>120</sup>Iulio Secundo si longior contigisset aetas, clarissimum profecto nomen oratoris apud posterum foret. Adjecisset enim, atque adjiciebat, ceteris virtutibus suis quod desiderari potest ; id est autem : ut esset multo magis pugnax, et saepius ad curam rerum ab elocutione respiceret. <sup>121</sup>Ceterum interceptus, quoque magnum sibi vindicat locum. Ea est facundia, tanta in explicando quod velit gratia, tam candidum et leve et speciosum dicendi genus, tanta verborum etiam quae adsumpta sunt proprietas, tanta in quibusdam ex periculo petitis significantia.

*Dē Iulio  
Secundo*



<sup>122</sup>Habēbunt, quī post nōs dē orātōribus scrībent, magnam eōs quī nunc vigent māteriam — vērē laudandī. Sunt enim summa hodiē, quibus inlūstrātur forum, ingenia. Namque et cōsummātī jam patrōnī veteribus aemulantur ; et eōs juvenum ad optima tendentium imitātur ac sequitur industria.

*De futūrīs  
orātōribus*

*Philosophes*

<sup>123</sup>Supersunt quī dē philosophiā scrīpserint. Quō in genere paucissimōs adhūc ēloquentēs litterāe Rōmānāe tulērunt. Idem igitur M. Tullius, quī ubīquē, etiam in hōc opere Platōnis aemulus exstitit. Ēgregius vērō, multōque quam in orātīōnibus prāstantior, *Brūtus* suffēcit ponderī rērum : sciās eum sentīre quāe dīcit. <sup>124</sup>Scrīpsit nōn parum multa Cornēlius Celsus, Sextiōs secūtus, nōn sine cultū ac nitōre. Plancus in Stōicīs rērum cognitiōnī ūtilis. In Epicūriīs levis quidem, sed nōn injūcundus tamen auctor est Catus.

*Inter  
philosophōs  
M. Tullium  
exstīisse*

<sup>125</sup>Ex industriā Senecam, in omnī genere ēloquentiāe, distulī, propter vulgātā falsō dē mē opīniōnem — quā damnāre eum, et invīsum quoque habēre sum crēditus. Quod accidit mihi dum corruptum, et omnibus vitiīs frāctum, dīcendī genus revocāre ad sevērīōra jūdicia contendō. Tum autem sōlus hic ferē in manibus adulēscentium fuit. <sup>126</sup>Quem nōn equidem omnīnō cōnābar excutere ; sed potiōribus prāferrī nōn sinēbam. Quōs ille nōn dēstiterat incessere, cum dīversī sibi cōnsciis generis placēre, sē in dīcendō posse, quibus illī placērent, diffīderet. Amābant autem eum magis quam imitābantur, tantumque ab illō dēfluēbant, quantum ille ab antīquīs dēscenderat.

*Cūr Senecam  
distulerit*

<sup>127</sup>Foret enim optandum parēs ac saltem proximōs illī virō fierī. Sed placēbat propter sōla vitia ; et ad ea sē quisque dīrigēbat effingenda quāe poterat. Deinde, cum sē jactāret eōdem modō dīcere, Senecam infāmābat. <sup>128</sup>Cūjus et multāe aliōquī et magnāe virtūtēs fuērunt : ingenium facile et cōpiōsum, plūrimum studiī, multa rērum cognitiō, in quā tamen aliquando, ab iīs quibus inquirēnda quaedam mandābat, dēceptus est. Tractāvit etiam omnem ferē studiōrum māteriam. <sup>129</sup>Nam et orātīōnēs ejus, et poēmata, et epistolāe, et dialogī feruntur. In philosophiā parum dīligēns, ēgregius tamen vitiōrum insectātor fuit. Multāe in eō clārāque sententiāe ; multa etiam mōrum grātiā legenda ; sed in ēloquendō corrupta plēraque ; atque eō perniciosissima quod abundant dulcibus vitiīs.

*Dē Senecae  
virtūtibus  
vitiisque*

<sup>130</sup>Vellēs eum suō ingeniō dīxisse, aliēnō jūdiciō. Nam sī aliqua contempsisset, sī tparum† nōn concupisset, sī nōn omnia sua amāset, sī rērum pondera minūtissimīs sententiīs nōn frēgisset, cōnsēnsū potius ērudītōrum, quam puerōrum amōre, comprobārētur. <sup>131</sup>Vērūm sīc quoque, jam rōbustīs et sevērīōre genere satis firmātīs, legendus, vel ideō quod exercēre potest utrimque jūdiciū. Multa enim, ut dīxī, probanda in eō, multa etiam admīranda sunt ; eligere modo cūrā sit. Quod utinam ipse fēcisset ! Dīgna enim fuit illa nātūra quāe meliōra vellet : quod voluit effēcit.

*Quō modō  
Seneca  
legendus sit*

## CAPITULUM SECUNDUM — QUO MODO IMITANDI SINT

*Importance  
de  
l'imitation*

<sup>1</sup>Ex his, ceterisque lectione dignis auctoribus, et verborum sumenda copia est, et varietas figurarum et componendi ratio — tum ad exemplum virtutum omnium mens derigenda. Neque enim dubitari potest quin artis pars magna contineatur imitatione. Nam ut invenire primum fuit, estque precipuum, sic ea quae bene inventa sunt utile sequi. <sup>2</sup>Atque omnis vitae ratio sic constat : ut quae probamus in aliis facere ipsi velimus. Sic litterarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri secuntur ; sic musici vocem docentium ; pictores opera priorum ; rustici probatam experimento culturam in exemplum intuentur. Omnis denique disciplinae initia ad propositum sibi praescriptum formari videmus.

*Artis partem  
magnam  
continere  
imitatione*

*Limites de  
l'imitation*

<sup>3</sup>Et hercule necesse est aut similes, aut dissimiles bonis simus : similem raro natura praestat, frequenter imitatio. Sed hoc ipsum — quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium facit, quam fuit iis qui nihil quod sequerentur habuerunt — nisi cautē et cum iudicio adprehenditur, nocet. <sup>4</sup>Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit, vel quia pigri est ingenii contentum esse iis quae sint ab aliis inventa. Quid enim futurum erat, temporibus illis quae sine exemplo fuerunt, si homines nihil nisi quod jam cognovissent faciendum sibi aut cogitandum putassent ? Nempe nihil fuisset inventum. <sup>5</sup>Cur igitur nefas est reperiri aliquid a nobis quod ante non fuerit ? An illi rudēs solā mentis naturā ducti sunt in hoc : ut tam multa generarent ? Nos ad quarendum non eo ipso concitemur : quod certē scimus invenisse eos qui quae sierunt ?

*Imitationem per  
se non sufficere*

<sup>6</sup>Et cum illi, qui nullum cuiusquam rei habuerunt magistrum, plurima in posterōs tradiderint, nobis usus aliarum rerum ad erudendas alias non prouderit, sed nihil habebimus nisi beneficii alieni ? Quem ad modum quidam pictores in id solum student : ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant. <sup>7</sup>Turpe etiam illud est : contentum esse id consequi quod imiteris. Nam rursus quid erat futurum, si nemō plus effecisset eo quem sequerentur ? Nihil in poetis supra Livium Andronicum ; nihil in historiis supra pontificum annales habere mus. Ratibus adhuc navigare mus ; non esset pictura, nisi quae lineas modo extremas umbrarum quam corpora in sole fecissent circumscriberet.

*Quid factum  
esset si homines  
imitando  
contentos essent*

<sup>8</sup>Ac si omnia percenseas, nulla sit ars qualis inventa est, nec intra initium stetit — nisi forte nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis : ut nunc demum nihil crescat. Nihil autem crescit solā imitatione. <sup>9</sup>Quod si prioribus adjicere fas non est, quo modo sperare possumus illum oratorem perfectum, cum in iis quos maximōs adhuc novimus nemō sit inventus in quo nihil aut desideretur aut reprehendatur ? Sed etiam qui summa non adpetent, contendere potius quam sequi debent.

*Nihil crescere  
solā imitatione*

<sup>10</sup>Nam quī hoc agit : ut prior sit — forsitan, etiam sī nōn trānsierit, æquābit. Eum vērō nēmō potest æquāre cūjus vestīgīs sibi utique īnsistendum putat. Necesse est enim semper sit posterior quī sequitur. Adde quod plērumque facilius est plūs facere quam idem. Tantam enim difficultātem habet similitūdō, ut nē ipsa quidem nātūra in hōc ita ēvaluerit, ut nōn rēs — quæ simillimæ, quæque parēs maximē videantur — utique discrīmine aliquō discernantur. <sup>11</sup>Adde quod quidquid alterī simile est necesse est minus sit eō quod imitātur — ut umbra corpore, et imāgō faciē, et āctūs histriōnum vērīs adfectibus. Quod in ōrātiōnibus quoque ēvenit. Namque iīs quæ in exemplum adsūmimus subest nātūra et vēra vīs ; contrā omnis imitātiō facta est, et ad aliēnum prōpositum commodātur. <sup>12</sup>Quō fit ut minus sanguinis ac vīrium dēclāmātiōnēs habeant quam ōrātiōnēs — quod in illīs vēra, in hīs adsimulāta māteria est.

*Quid simile sit minus esse*

Adde quod ea quæ in ōrātōre maxima sunt imitābilia nōn sunt : ingenium, inventiō, vīs, facilitās, et quidquid arte nōn trāditur. <sup>13</sup>Ideōque plērīque, cum verba quædam ex ōrātiōnibus excerpserunt, aut aliquōs compositiōnis certōs pedēs, mīrē ā sē quæ lēgērunt effingī arbitrantur, cum et verba intercidant invalēscantque temporibus — ut quōrum certissima sit rēgula in cōnsuetūdine, eaque nōn suā nātūrā sint bona aut mala (nam per sē sonī tantum sunt), sed prout ōportūnē propriēque aut secus conlocāta sunt, et compositiō cum rēbus accommodāta sit, tum ipsā varietāte, grātissima.

*Ea quæ in ōrātōre maxima sint imitābilia nōn esse*

*Il faut imiter avec discernement*

<sup>14</sup>Quāpropter exāctissimō jūdiciō circā hanc partem studiōrum exāminanda sunt omnia. Prīmum, quōs imitēmur : nam sunt plūrimī quī similitūdinem pessimī cūjusque et corruptissimī concupierint. Tum, in ipsīs quōs ēlēgerimus, quid sit<sup>a</sup> quod nōs efficiendum comparēmus. <sup>15</sup>Nam in magnīs quoque auctōribus incidunt aliqua vitiōsa — et, ā doctīs, inter ipsōs etiam mūtuō reprehēnsa. Atque utinam tam bona imitantēs dīcerent melius, quam mala pējus dīcunt !

*Exāctissimō jūdiciō exāminanda esse omnia*

Nec vērō saltem, iīs quibus ad ēvītanda vitia jūdiciī satis fuit, sufficiat imāginem virtūtis effingere, et sōlam, ut ita dīxerim, cutem — vel potius illās Epicūrī figurās, quās ē summīs corporibus dīcit effluere. <sup>16</sup>Hoc autem iīs accidit quī, nōn intrōspectīs penitus virtūtibus, ad prīmum sē velut aspectum ōrātiōnis aptārunt. Et cum iīs fēlicissimē cessit imitātiō, verbīs atque numerīs sunt nōn multum differentēs — vim dīcendī atque inventiōnis nōn adsecuntur, sed plērumque dēclīnant in pējus. Et proxima virtūtibus vitia comprehendunt, fiuntque prō grandibus tumidī, pressīs exilēs, fortibus temerārī, lætīs corruptī, compositīs exultantēs, simplicibus neglegentēs.

*Nōn sufficere imāginem virtūtis effingere*

<sup>17</sup>Ideōque quī horridē atque incompositē quilibet illud frīgidum et ināne extulērunt, antīquīs sē parēs crēdunt ; quī carent cultū atque sententiīs, Atticīs. Scīlicet<sup>b</sup> prācīsīs conclūsiōnibus obscurī, « Sallustium atque

*Cūr oporteat quod imitātūrus est quisque intellegat*

a. On peut suppléer ici <ad>.  
b. [quī]

Thūcŷdidēn superant » ; trīstēs ac jējūnī, « Polliōnem æmulantur » ; ōtiōsī et supīnī, sī quid modo longius circumdūxērunt, jūrant « ita Cicerōnem locūtūrum fuisse ». <sup>18</sup>Nōveram quōsdam quī sē pulchrē expressisse genus illud cælestis hūjus in dīcendō virī sibi vidērentur, sī in clausulā posuissent « esse videātur ». Ergō prīmum est ut quod imitātūrus est quisque intellegat, et quārē bonum sit sciat.

*Savoir  
choisir ce  
qu'on imite*

<sup>19</sup>Tum in suscipiendō onere cōnsulat suās vīrēs. Nam quædam sunt imitabilia quibus aut ĩnfirmitās nātūræ nōn sufficiat, aut dīversitās repūgnet. Nē, cuī tenue ingenium erit, sōla velit fortia et abrupta ; cuī forte quidem sed indomitum, amōre subtilitātis, et vim suam perdat, et ēlegantiam quam cupit nōn sequātur. Nihil est enim tam indecēns quam cum mollia dūrē fiunt.

*Nōn omnēs  
omnia imitārī  
posse*

<sup>20</sup>Atque ego, illī præceptōrī quem ĩnstitueram in librō secundō, crēdidī nōn ea sōla docenda esse ad quæ quemque discipulōrum nātūrā compositum vidēret. Nam is et adjuvāre dēbet quæ in quōque eōrum invenit bona, et quantum fierī potest adjicere quæ dēsunt, et ēmendāre quædam et mūtāre. Rēctor enim est aliēnōrum ingeniōrum atque fōrmātor — difficilīus est nātūrā suā fingere. <sup>21</sup>Sed nē ille quidem doctor, quamquam omnia quæ rēcta sunt velit esse in suīs audītōribus quam plēnissima, in eō tamen cuī nātūrā obstāre viderit labōrābit.

*Nōn ea sōla  
docenda esse  
ad quæ  
quemque  
nātūrā  
compositum*

Id quoque vītandum, in quō magna pars errat : nē in ōrātiōne poētās nōbīs et historicōs, in illīs operibus ōrātōrēs aut dēclāmātōrēs imitandōs putēmus.

*Suam cuique  
generī lēgem*

<sup>22</sup>Sua cuique prōpositō lēx, suus decor est : nec cōmœdia in coturnōs adsurgit, nec contrā tragœdia soccō ingreditur. Habet tamen omnis ēloquentia aliquid commūne : id imitēmur quod commūne est.

<sup>23</sup>Etiam hoc solet incommodī accidere iīs quī sē ūnī alicuī generī dēdidērunt : ut, sī asperitās iīs placuit alicūjus, hanc etiam in lēnī ac remissō causārum genere nōn exuant ; sī tenuitās aut jūcunditās, in asperīs gravibusque causīs, ponderī rērum parum respondeant. Cum sit dīversa nōn causārum modo inter ipsās condiciō, sed in singulīs etiam causīs partium, sintque alia lēniter alia asperē, alia concitātē alia remissē, alia docendī alia movendī grātiā dīcenda — quōrum omnium dissimilis atque dīversa inter sē ratiō est.

*Dīversōs bene  
dīcendī modōs  
docendōs*

<sup>24</sup>Itaque nē hoc quidem suāserim : ūnī sē alicuī propriē, quem per omnia sequātur, addīcere. Longē perfectissimus Græcōrum Dēmōsthenēs ; aliquid tamen aliquō in locō melius aliī — plūrima ille ! <sup>25</sup>Sed nōn quī maximē imitandus et sōlus imitandus est. Quid ergō ? nōn est satis omnia sīc dīcere quō modō M. Tullius dīxit ? Mihi quidem satis esset sī omnia cōsequī possem. Quid tamen nocēret vim Cæsaris, asperitātem Cæli, dīligentiam Polliōnis, jūdicium Calvī quibusdam in locīs adsūmere ?

*Nōn ūnum per  
omnia  
sequendum*

<sup>26</sup>Nam præter id — quod prūdentis est quod in quōque optimum est, sī possit, suum facere — tum, in tantā reī difficultāte, ūnum intuentīs vix aliqua pars sequitur. Ideōque, cum tōtum exprimere quem ēlēgeris pæne sit hominī

*Plūrium bona  
legāmus*

inconcessum, plurimum bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio habeat, et quod quidque loco conveniat aptemus.

*L'orateur accompli*

<sup>27</sup>Imitatio autem — nam saepius idem dicam — non sit tantum in verbis. Illuc intendenda mens: quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis, quod consilium, quae dispositio, quam omnia etiam quae delectationi videantur data, ad victoriam spectent; quid agatur prohaemio, quae ratio et quam varia narrandi, quae vis probandi ac refellendi, quanta in adfectibus omnis generis movendis scientia, quamque laus ipsa popularis utilitatis gratia adsumpta — quae tum est pulcherrima cum sequitur, non cum arcessitur. Haec si perviderimus, tum vere imitabimur.

*Non verba modo imitanda*

<sup>28</sup>Qui vero etiam propria his bona adjecerit, ut suppleat quae deerant, circumdat si quid redundabit, is erit quem quaerimus perfectus orator. Quem nunc consummari potissimum oporteat — cum tanto plura exempla bene dicendi supersunt quam illis qui adhuc summi sunt contigerunt. Nam erit haec quoque laus eorum: ut priores superasse, posteros docuisse dicantur.

*Qualis futurus sit perfectus orator*

## CAPITULUM TERTIUM — QUO MODO SCRIBENDUM SIT

*Il est important d'écrire*

<sup>1</sup>Et haec quidem auxilia extrinsecus adhibentur; in iis autem quae nobis ipsis paranda sunt, ut laboris, sic utilitatis etiam longe plurimum adfert stilus. Nec inmerito M. Tullius hunc « optimum effectorem ac magistrum dicendi » vocat — cui sententiae personam L. Crassi, in disputationibus quae sunt *De Oratore*, assignando iudicium suum cum illius auctoritate, conjunxit.

*Stilum magistrum dicendi esse*

<sup>2</sup>Scribendum ergo quam diligentissime et quam plurimum. Nam ut terra alte refossa, generandis alendisque seminibus, fecundior — sic profectus, non a summo petitus, studiorum fructus et fundit uberius, et fidelius continet. Nam sine hac quidem constantia ipsa, illa ex tempore dicendi facultas inanem modo loquacitatem dabit, et verba in labris nascentia.

*Sine stilō, inanem oratoris loquacitatem fore*

<sup>3</sup>Illic radicēs, illic fundamenta sunt, illic opes velut sanctiore quodam aeri conditae, unde ad subito quoque casus, cum res exiget, proferantur. Viris faciamus ante omnia quae sufficiant labori certaminum, et usu non exhauriantur.

*In stilō esse eloquentiae fundamenta*

*Ne pas aller trop vite*

<sup>4</sup>Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnum effici cito; praeposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem. Quae nascendi quoque hanc fecerit legem: ut maiora animalia diutius visceribus parentis continerentur. Sed

*Artem oratoriam cito disci non posse*

cum sit duplex quaestio — quō modō et quā maximē scribī oporteat — jam hinc ordinem sequar.

<sup>5</sup>Sit primō vel tardus, dum diligēns, stilus. Quērāmus optima ; nec prōtinus offerentibus sē gaudeāmus. Adhibeātur iudicium inventis ; dispositiō probātis. Dilēctus enim rerum verbōrumque agendus est, et pondera singulōrum exāminanda. Post subeat ratiō conlocandī : versenturque omnī modō numerī ; nōn ut quodque sē prōferet verbum occupet locum.

*Dilēctum rerum  
verbōrumque  
agendum*

<sup>6</sup>Quā quidem ut diligēntius exequāmur, repetenda saepius erunt scriptōrum proxima. Nam praeter id quod sic melius junguntur priōribus sequentia, calor quoque ille cōgitatiōnis, quī scribendī morā refrīxit, recipit ex integrō vīrēs, et velut repetitō spatiō sūmit impetum. Quod in certāmine saliendī fierī vidēmus : ut cōnātum longius petant, et ad illud quō contenditur spatium cursū ferantur ; utque in jaculandō brachia redūcimus, et, expulsūrī tēla, nervōs retrō tendimus.

*Repetenda  
saepius esse  
scriptōrum  
proxima*

<sup>7</sup>Interim tamen, si feret flātus, danda sunt vēla, dum nōs indulgentia illa nōn fallat. Omnia enim nostra dum nāscuntur placent : aliōquī nec scriberentur. Sed redeāmus ad iudicium et retractēmus suspectam facilitātem. <sup>8</sup>Sic scripsisse Sallustium accēpimus, et sanē manifestus est etiam ex opere ipsō labor. Vergilium quoque paucissimōs diē composuisse versūs auctor est Varius. Orātōris quidem alia condiciō est : itaque hanc moram et sollicitūdinem initiis imperō.

*Id initiis  
quidem necesse  
esse*

<sup>9</sup>Nam primū hoc cōstituendum, hoc optinendum est : ut quam optimē scribāmus : celeritātem dabit cōsuētūdō. Paulātim rēs facilius sē ostendent, verba respondēbunt, compositiō sequētur — cūncta dēnique, ut in familiā bene institūtā, in officiō erunt. <sup>10</sup>Summa hęc est rei : citō scribendō nōn fit ut bene scribātur, bene scribendō fit ut citō. Sed, tum maximē cum facultās illa contigerit, resistāmus, ut prōvideāmus ; et ferentis equōs, frēnis quibusdam, coerceāmus — quod nōn tam moram faciet quam novōs impetūs dabit.

*Citō scribendō  
nōn fieri ut  
bene scribātur,  
bene scribendō  
fieri ut citō*

*Pas d'excès  
de zèle non  
plus*

Neque enim rursus eōs, quī rōbur aliquod in stilō fēcerint, ad infēlicem calumniandī sē pœnam alligandōs putō. <sup>11</sup>Nam quō modō sufficere officiīs civīlibus possit, quī singulis actiōnum partibus insenēscat ? Sunt autem quibus nihil sit satis : omnia mūtāre, omnia aliter dīcere quam occurrit velint, incrēdulī quīdam et dē ingeniō suō pessimē meritī — quī diligēntiam putant facere sibi scribendī difficultātem.

*Sed nōn  
diligēntiam esse  
facere sibi  
scribendī  
difficultātem*

<sup>12</sup>Nec prōmptum est dīcere utrōs peccāre validius putem : quibus omnia sua placent an quibus nihil. Accidit enim etiam ingeniōsīs adulēscētibz frequenter ut labōre cōsūmantur, et in silentium usque dēscendant nimīā bene dīcendī cupiditāte. Quā dē rē meminī narrāsse mihi Jūlium Secundum illum, æquālem meum, atque ā mē — ut nōtum est — familiāriter amātum, mīræ fācundiæ virum, infīnitæ tamen cūræ, quid esset sibi ā patruō suō dictum.

*Quōsdam in  
silentium usque  
dēscendere  
nimīā bene  
dīcendī  
cupiditāte*



<sup>13</sup>Is fuit Iulius Florus, in eloquentia Galliarum — quoniam ibi demum exercuit eam — princeps, aliqui inter paucos disertus, et dignus illa propinquitate. Is cum Secundum, scholae adhuc operatum, tristem forte vidisset, interrogavit quae causa frontis tam adductae. <sup>14</sup>Nec dissimulavit adulescens « tertium jam diem esse quod, omni labore, materiae ad scribendum destinatae non inveniret exordium ». Quo sibi non praesens tantum dolor sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus adridens « Numquid tu, inquit, melius dicere vis quam potes ? »

*Quid Iulius  
Florus Iulio  
Secundo dixerit*

*Ecrire de  
façon  
naturelle*

<sup>15</sup>Ita se res habet : curandum est ut quam optime dicamus, dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Ut possimus autem scribere etiam plura et celerius, non exercitatio modo praestabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio. Si non resupinam spectantesque tectum, et cogitationem murmure agitantem, expectaverimus quid obveniat — sed quid res poscat, quid personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus intuiti, humano quodam modo ad scribendum accesserimus. Sic nobis et initia, et quae secuntur, natura ipsa praescribit.

*Quae sit ratio ut  
plura possimus  
naturaliter  
scribere*

<sup>16</sup>Certa sunt enim pleraque ; et, nisi coniveamus, in oculos incurrunt. Ideoque nec indocti nec rustici diu quaerunt unde incipiant — quo pudendum est magis, si difficultatem facit doctrina. Non ergo semper putemus optimum esse quod latet : inmutescamus aliqui, si nihil dicendum videatur nisi quod non invenimus.

*Non semper  
putemus  
optimum esse  
quod latet*

<sup>17</sup>Diversum est huic eorum vitium qui primo decurrere per materiam stilo quam velocissimo volunt, et sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt — hanc « silvam » vocant. Repetunt deinde et componunt quae effuderant. Sed verba emendantur et numeri — manet in rebus temere congestis quae fuit levitas. <sup>18</sup>Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atque ab initio sic opus ducere ut caelandum, non ex integro fabricandum sit.

*Cur « silvam »  
damnet*

*Ne pas  
dicter*

Aliquando tamen adfectus sequemur, in quibus ferè plus calor quam diligentia valet. Satis apparet, ex eo quod hanc scribentium negligentiam damno, quid de illis dictandi delictis sentiam. <sup>19</sup>Nam in stilo quidem quamlibet properato dat aliquam cogitationi moram, non consequens celeritatem ejus, manus ; ille cui dictamus urget, atque interim pudet etiam dubitare aut resistere aut mutare — quasi conscium infirmitatis nostrae timentis.

*Dictare pejus  
esse*

<sup>20</sup>Quo fit ut non rudia tantum et fortuita, sed impròpria interim, dum sola est conectendi sermōnis cupiditas, effluant — quae nec scribentium curam nec dicentium impetum consequantur. At idem ille qui excipit : si tardior in scribendo aut incertior in legendo velut offensor fuerit, inhibetur cursus atque omnis quae erat concepta ; mentis intentio mora et interdum iracundia excutitur.

*Inpropria  
effluere,  
inhiberi cursum*

<sup>21</sup>Tum illa quae altiore animi motum secuntur, quaeque ipsa animum

*Solòs ridicula  
sed necessaria  
quaedam nos  
agere posse*

quōdam modō concitant, quōrum est jactāre manum, torquēre vultum, simul et interim objurgāre — quæque Persius notat cum leviter dīcendī genus sīgnificat : « Nec pluteum, inquit, cædit nec dēmorsōs sapit unguīs » — etiam rīdícula sunt, nisi cum solī sumus.

*Mieux vaut  
élucubrer !*

<sup>22</sup>Dēnīque — ut semel quod est potentissimum dīcam — sēcrētum, quod dictandō perit, atque līberum arbitrīs locum et quam altissimum silentium, scrībentibus maximē convenīre nēmō dubitāverit. Nōn tamen prōtinus audiendī quī crēdunt « aptissima in hōc nemora silvāsque, quod illa cæli lībertās, locōrumque amœnitās, sublīmem animum et beātiōrem spīritum parent ». <sup>23</sup>Mihī certē jūcundus hic, magis quam studiōrum hortātor, vidētur esse sēcessus. Namque illa quæ ipsa dēlectant necesse est āvo-cent ab intentiōne operis dēstinātī. Neque enim sē bonā fidē in multa simul intendere animus tōtum potest, et quōcumque respexit dēsinit intuērī quod prōpositum erat.

*Sēcrētum  
scrībentibus  
maximē  
convenīre*

<sup>24</sup>Quārē silvārum amœnitās, et præterlābentia flūmina, et īnspīrantēs rāmīs arborum auræ volucrumque cantūs, et ipsa lātē circumspiciendī lībertās, ad sē trahunt — ut mihi remittere potius voluptās ista videātur cōgitātiōnem quam intendere. <sup>25</sup>Dēmōsthenēs melius : quī sē, in locum ex quō nūlla exaudīrī vōx et ex quō nihil prōspicī posset, recondēbat — nē aliud agere mentem cōgerent oculī. Ideōque lūcūbrantēs, silentium noctis et clūsum cubiculum et lūmen ūnum, velut frēctōs maximē teneat.

*Id lūcūbrantēs  
contingere*

<sup>26</sup>Sed cum in omnī studiōrum genere, tum in hōc præcipuē bona valētūdō — quæque eam maximē præstat, frūgālītās — necessāria est, cum tempora, ab ipsā rērum nātūrā ad quiētem refectiōnemque nōbīs data, in ācerrimum labōrem convertimus. Cū tamen nōn plūs inrogandum est quam quod somnō supererit, aut nōn deerit. <sup>27</sup>Obstat enim dīligentiæ scrībendī etiam fatīgātiō ; et abundē, sī vacet, lūcis spatia sufficiunt : occupātōs in noctem necessitās agit. Est tamen lūcūbrātiō, quotiēns ad eam integrī ac refectī venīmus, optimum sēcrētī genus.

*Modum  
quemdam  
necesse esse  
lūcūbrātiōni*

*Ne pas se  
laisser  
perturber*

<sup>28</sup>Sed silentium et sēcessus et undique līber animus, ut sunt maximē optanda, ita nōn semper possunt contingere. Ideōque nōn statim sī quid obstrepet abjiciendī cōdicēs erunt et dēplōrandus diēs. Vērūm incommodīs repūgnandum, et hic faciendus ūsus : ut omnia quæ impediēt vincat intentiō. Quam sī tōtā mente in opus ipsum dērēxeris, nihil eōrum quæ oculīs vel auribus incursant ad animum perveniet.

*Incommodīs  
repūgnandum*

<sup>29</sup>An vērō frequenter etiam fortuīta hoc cōgitātiō præstat : ut obviōs nōn videāmus et itinere deerrēmus ? Nōn cōsequēmur idem sī et voluerimus ? Nōn est indulgendum causīs dēsidiæ. Nam sī nōn nisi refectī, nōn nisi hilarēs, nōn nisi omnibus aliīs cūrīs vacantēs, studendum exīstimārimus, semper erit propter quod nōbīs ignōscāmus.

*Nōn est  
indulgendum  
causīs dēsidiæ*

<sup>30</sup>Quārē in turbā, itinere, convīviīs etiam, faciat sibi cōgitātiō ipsa

*Præparandum  
sē ad forī  
fremītum*



sēcrētum. Quid aliōquī fiet cum in mediō forō, tot circumstantibus iūdicīis, jūrgiīs, fortuītīs etiam clāmōribus, erit subitō continuā orātiōne dīcendum, sī particulās quās cērīs mandāmus, nisi in sōlitūdine reperīre nōn possumus? Propter quā idem ille tantus amātor sēcrētī Dēmōsthenēs, in lītore in quō sē maximō cum sonō flūctūs inlīderet meditāns, cōnsuēscēbat contiōnum fremitūs nōn expavēscere.

*Bien utiliser  
les tablettes  
de cire*

<sup>31</sup>Illa quoque minōra — sed nihil in studiīs parvum est — nōn sunt trānseunda : scrībī optimē cērīs, in quibus facillima est ratiō dēlendī — nisi forte vīsus infirmior membrānārum potius ūsum exiget. Quā ut juvant aciem, ita crēbrā relātiōne quoad intinguntur calamī, morantur manum et cōgitātiōnis impetum frangunt.

*Scrībī optime  
cērīs*

<sup>32</sup>Relinquendā autem in utrōlibet genere contrā erunt vacuā tabellā, in quibus lībera adjiciendī sit excursiō. Nam interim pigritiam ēmendandī angustīā faciunt, aut certē novōrum interpositiōne priōra cōfundant. Nē lātās quidem ultrā modum esse cērās velim — expertus juvenem studiōsum aliōquī praelongōs habuisse sermōnēs, quia illōs numerō versuum mētiēbātur, idque vitium, quod frequentī admonitiōne corrigī nōn potuerat, mūtātīs cōdicibus esse sublātum.

*Relinquendās  
vacuās tabellās  
ad  
excursiōnēs...*

<sup>34</sup>Dēbet vacāre etiam locus, in quō notentur quā scrībentibus solent extrā ordinem — id est ex aliīs quam quī sunt in manibus locī — occurrere. Inrumpunt enim optimī nōnnumquam sēnsūs, quōs neque īnserere oportet neque differre tūtum est, quia interim ēlābuntur, interim memoriā suī intentōs ab aliā inventiōne dēclīnant. Ideōque optimē sunt in dēpositō.

*Atque ad quā  
extrā ordinem  
occurrant*

## CAPITULUM QUARTUM — DĒ ĒMENDĀTIŌNE

<sup>1</sup>Sequitur ēmendātiō, pars studiōrum longē ūtilissima : neque enim sine causā crēditum est stilum nōn minus agere cum dēlet. Hūjus autem operis est ēst adjicere dētrahere mūtāre. Sed facilius in iīs simpliciusque iūdicium quā replendā vel dējiciendā sunt. Premere vērō tumentia, humilia extollere, luxuriantia adstringere, inōrdināta dīgerere, solūta compōnere, exultantia coercēre duplicis operā. Nam et damnanda sunt quā placuerant et inveniendā quā fūgerant.

*Quid in  
ēmendātiōne  
difficilius sit*

<sup>2</sup>Nec dubium est optimum esse ēmendandī genus sī scrīpta in aliquod tempus repōnantur, ut ad ea post intervallum velut nova atque aliēna redeāmus, nē nōbīs scrīpta nostra tamquam recentēs fētūs blandiantur. <sup>3</sup>Sed neque hoc contingere semper potest, præsertim orātōrī, cui sēpius scrībēre

*Ipsam  
ēmendātiōnem  
fīnem habēre*

ad praesentis usus necesse est — et ipsa emendatio finem habet. Sunt enim qui ad omnia scripta tamquam vitiosa redeant, et, quasi nihil fas sit rectum esse quod primum est, melius existiment quidquid est aliud, idque faciant quotiens librum in manus resumserunt, similes medicis etiam integra secantibus. Accidit itaque ut cicatricosa sint et exsanguia, et cura peiora.

<sup>4</sup>Sit ergo aliquando quod placeat aut certe quod sufficiat, ut opus poliat lima, non exerat. Temporis quoque esse debet modus. Nam quod Cinnae *Zmyrnam* novem annis accepimus scriptam, et *Panegyricum* Isocratis qui parcissimum decem annis dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet, cuius nullum erit, si tam tardum fuerit, auxilium.

*Temporis quoque esse debere modum*

## CAPITULUM QUINTUM — QUAE PRAECIPUE SCRIBENDA SINT

<sup>1</sup>Proximum est ut dicamus quae praecipue scribenda sint, exiv parantibus. Non est huius quidem operis ut explicemus quae sint materiae, quae prima aut secunda aut deinceps tractanda sint — nam id factum est jam primo libro, quo puerorum, et secundo, quo jam robustorum studiis ordinem dedimus — sed de quo nunc agitur : unde copia ac facilitas maximae veniat.

*Traduire du grec*

<sup>2</sup>Vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicabant. Id se L. Crassus, in illis Ciceronis *de Oratore* libris, dicit factitasse. Id Cicerone sua ipse personae frequentissime praecipit ; quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere tralatos. Id Messalae placuit ; multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes — adeo ut etiam cum illa Hyperidis *pro Phryne*, difficillima Romanis, subtilitate contenderet.

*Vertere Graeca in Latinum veteres nostros oratores optimum iudicavisse*

<sup>3</sup>Et manifesta est exercitatio huiusmodi ratione. Nam et rerum copia Graeci auctores abundant ; et plurimum artis in eloquentiam intulerunt ; et hos transferentibus, verbis uti optimis licet : omnibus enim utimur nostris. Figuratae vero, quibus maximae ornantur orationes, multae ac varias excogitandi etiam necessitas quaedam est, quia plerumque a Graecis Romanae dissentiant.

*Cum haec exercitatio utilis sit*

*D'autres façons de traduire*

<sup>4</sup>Sed et illa ex Latinis conversio multum et ipsa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitatio dicitur usus esse Sulpicius. Nam et sublimis spiritus attollere orationem potest. Et verba, poetica libertate audaciora, non praesumunt eadem proprie dicendi facultatem — sed et ipsis sententiis adicere licet oratorium robur, et omnia supplere, effusa substringere.

*Ex Latinis in carmina conversionem optimam esse*

<sup>5</sup>Neque ego παράφρασιν esse interpretationem tantum volo, sed circa

*Cum interpretatio quoque optima sit*

eōsdem sēnsūs certāmen atque æmulātiōnem. Ideōque ab illīs dissentiō quī vertere orātiōnēs Latīnās vetant, quia « optimīs occupātīs, quidquid aliter dixerimus necesse sit esse dēterius ». Nam neque semper est dēspērandum aliquid, illīs quæ dicta sunt melius, posse reperī ; neque adeō jējūnam ac pauperem nātūra ēloquentiam fēcit, ut ūnā dē rē bene dīcī, nisi semel, nōn possit. <sup>6</sup>Nisi forte... histriōnum multa, circā vōcēs eāsdem, variāre gestus potest ; orandī minor vīs, ut dīcātur aliquid post quod, in eādem materiā, nihil dīcendum sit. Sed estō neque melius quod invenīmus esse neque pār : est certē proximīs locus. <sup>7</sup>An vērō ipsī nōn bis ac sæpius dē eādem rē dīcimus et quidem continuās nōnnumquam sententiās ? Nisi forte... contendere nōbīscum possumus, cum aliīs nōn possumus. Nam sī ūnō genere bene dīcerētur, fās erat exīstimārī præclūsam nōbīs ā priōribus viam. Nunc vērō innumerābilēs sunt modī, plūrimæque eōdem viæ dūcunt. <sup>8</sup>Sua brevitatī grātia, sua cōpiæ ; alia trālātīs virtūs, alia propriīs : hoc orātiō rēcta, illud figurā dēclīnāta commendat. Ipsa dēnique ūtilissima est exercitātiōnī difficultās. Quid quod auctōrēs maximī sīc dīligentius cōgnōscuntur ? Nōn enim scrīpta lēctiōne sēcūrā trānscurrimus, sed tractāmus singula, et necessariō intrōspicimus ; et quantum virtūtis habeant vel hōc ipsō cōgnōscimus : quod imitārī nōn possumus.

<sup>9</sup>Nec aliēna tantum trānsferre, sed etiam nostra plūribus modīs tractāre prōderit, ut ex industriā sūmāmus sententiās quāsdam, eāsque versēmus quam numerōsissimē — velut eādem cērā, aliæ aliæque fōrmæ dūcī solent. <sup>10</sup>Plūrimum autem parārī facultātis exīstimō ex simplicissimā quāque materiā. Nam, illā multiplicī persōnārum causārum temporum locōrum dictōrum factōrum dīversitatē, facile dēlitēscet infirmitās — tot sē undique rēbus ex quibus aliquam adprehendās offerentibus. <sup>11</sup>Illud virtūtis indicium est : fundere quæ nātūrā contracta sunt, augēre parva, varietātem similibus voluptātem expositīs dare, et bene dīcere multa dē paucīs.

*Etiam nostra  
plūribus modīs  
tractāre  
prōdesse*

*Autres  
exercices  
d'écriture*

In hōc optimē facient infīnitæ quæstiōnēs — quās vocārī thesīs dīximus — quibus Cicerō, jam prīnceps in rē pūblicā, exercērī solēbat. <sup>12</sup>Hīs cōnfīnis est dēstrūctiō et cōnfīrmatiō sententiārum. Nam cum sit sententia dēcrētum quoddam atque præceptum, quod dē rē, idem dē jūdiciō reī quærī potest. Tum locī commūnēs, quōs etiam scrīptōs ab orātōribus scīmus. Nam quī hęc rēcta tantum et in nullōs flexūs recēdentia cōpiōsē tractāverit, utique, in illīs plūrēs excursūs recipientibus, magis abundābit ; eritque in omnīs causās grātus. Omnēs enim generālibus quæstiōnibus cōnstant.

*Dē  
sententiārum  
dēstrūctiōne et  
cōnfīrmatiōne*

<sup>13</sup>Nam quid interest « Cornēlius tribūnus plēbis quod cōdicem lēgerit reus sit », an quærāmus « violētūne mājestās sī magistrātus rogātiōnem suam populō ipse recitārit » ? « Milō Clōdium rēctēne occīderit » veniat in jūdiciū, an « oporteatne insidiātōrem interficī vel perniciosum reī pūblicæ cīvem, etiam sī nōn insidiētur » ? « Catō Mārciam honestēne trādiderit Hortēnsiō » an « conveniatne rēs tālis bonō virō » ? Dē persōnīs jūdiciātur, sed

*Cum dē  
persōnīs  
jūdiciātur, dē  
rēbus  
contendere*

dē rēbus contenditur.

<sup>14</sup>Dēclāmātiōnēs vērō, quālēs in scholīs rhētorum dīcuntur, sī modo sunt ad vērītātem accommodātæ et ōrātiōnibus similēs, nōn tantum dum adolēscit profectus sunt ūtilissimæ, quæ inventiōnem dispositiōnem pariter exercent, sed etiam cum est cōsummātus ac jam in forō clārus. Alitur enim atque ēnitēscit velut pābulō lætiōre fācundia, et adsiduā contentiōnum asperitāte fatīgātā renovātur.

*Dē  
dēclāmātiōnibus*

<sup>15</sup>Quāpropter historiæ nōnnumquam ūbertās in aliquā exercendī stilī parte pōnenda, et dialogōrum lībertāte gestiendum. Nē carmine quidem lūdere contrārium fuerit, sicut āthlētæ, remissā quibusdam temporibus cibōrum atque exercitātiōnum certā necessitāte, ōtiō et jūcundiōribus epulīs reficiuntur. <sup>16</sup>Ideōque mihi vidētur M. Tullius tantum intulisse ēloquentiæ lūmen quod in hōs quoque studiōrum sēcessūs excurrit. Nam sī nōbīs sōla māteria fuerit ex lītibus, necesse est dēterātur fulgor, et dūrēscat articulus, et ipse ille mucrō ingeniī cōtīdiānā pūgnā retundātur.

*Cūr scribere  
historiās  
carminaque  
ūtīle sit*

*Comment  
rendre utile  
ces exercices*

<sup>17</sup>Sed quem ad modum forēnsibus certāminibus exercitātōs, et quasi mīlitantīs, reficit ac reparat hęc velut sagīna dīcendī, sīc adulēscētēs nōn dēbent nimium in falsā rērum imāgine dētīnērī et inānibus simulācrīs, usque adeō ut difficilis ab hīs dīgressus sit adsuēfacere — nē, ab illā in quā prope cōsensuērunt umbrā, vērā discrimina velut quendam sōlem reformīdent. <sup>18</sup>Quod accīdisse etiam M. Porciō Lātrōnī, quī prīmus clārī nōminis professor fuit, trādītur : ut, cum eī summam in scholīs opīniōnem optinentī causa in forō esset ōranda, inpēnsē petierit utī subsellia in basilicam trānsferrentur. Ita illī cælum novum fuit, ut omnis ējus ēloquentia continērī tēctō ac parietibus vidērētur.

*Nōn dēbere  
nimium in falsā  
rērum imāgine  
dētīnērī*

<sup>19</sup>Quārē juvenis, quī ratiōnem inveniendī ēloquentīque ā præceptōribus dīligenter accēperit — quod nōn est īnfīnītī operis sī docēre sciant et velint —, exercitātiōnem quoque modicam fuerit cōsecūtus, ōrātōrem sibi aliquem, quod apud mājōrēs fierī solēbat, dēligat quem sequātur, quem imitētur. Jūdicīīs intersit quam plūrimīs, et sit certāminis cui dēstinātur frequēns spectātor. <sup>20</sup>Tum causās vel eādem quās agī audierit stilō et ipse compōnat, vel etiam aliās, vērās modo, et utrimque tractet et, quod in gladiātōribus fierī vidēmus, dēcrētōriīs exerceātur, ut fēcisse Brūtum dīximus prō Milōne. Melius hoc quam rescribere veteribus ōrātiōnibus, ut fēcit Cestius contrā Cicerōnis actiōnem habitam prō eōdem, cum alteram partem satis nōsse nōn posset ex sōlā dēfēnsiōne.

*Quō pacto ad  
vērās causās  
cōnsuēscī possit*

<sup>21</sup>Citius autem idōneus erit juvenis quem præceptor coēgerit in dēclāmāndō quam simillimum esse vērītātī, et per tōtās īre māteriās, quārum nunc facillima et maximē favōrābilis dēcerpunt. Obstant huīc, quod secundō locō posuī, ferē turba discipulōrum et cōnsuētūdō classium certīs diēbus audiendārum — nōnnihil etiam persuāsiō patrum, numerantium potius dēclāmātiōnēs quam æstimantium. <sup>22</sup>Sed — quod dīxī prīmō, ut arbitror, librō

*Quid præceptor  
exigere dēbeat*

— nec ille sē bonus praeceptor mājore numerō quam sustinēre possit onerābit. Et nimiam loquacitatem recidet, ut omnia quæ sunt in contrōversiā, nōn, ut quīdam volunt, quæ in rērum nātūrā, dīcantur. Et vel longiōre potius diērum spatiō laxābit dīcendī necessitātem, vel māteriās dīvidere permittet.<sup>23</sup>Diligenter effecta plūs prōderit quam plūrēs inchoatæ et quasi dēgustatæ. Propter quod accidit ut nec suō locō quidque pōnātur ; nec illa quæ prīma sunt servant suam lēgem — juvenibus flōsculōs omnium partium in ea quæ sunt dictūrī congerentibus. Quō fit ut, timentēs nē sequentia perdant, priōra cōnfundant.

## CAPITULUM SEXTUM — DĒ CŌGITĀTIŌNE

<sup>1</sup>Proxima stilō cōgitatiō est. Quæ et ipsa vīrēs ab hōc accipit, et est, inter scrībendī labōrem extemporālemque fortūnam, media quædam, et nesciō an ūsūs frequentissimī. Nam scrībere nōn ubīquē, nec semper possumus ; cōgitatiōnī temporis ac locī plūrimum est. Hæc paucīs admodum hōrīs magnās etiam causās complectitur ; hæc, quotiēns intermissus est somnus, ipsīs noctis tenebrīs adjuvātur ; hæc inter mediōs rērum āctūs aliquid invenit vacuū, nec ōtium patitur.

*Cōgitatiōnem  
ūsūs  
frequentissimī  
esse*

<sup>2</sup>Neque vērō rērum ōrdinem modo, quod ipsum satis erat, intrā sē ipsa dispōnit, sed verba etiam cōpulat — tōtamque ita contexit ōratiōnem, ut eī nihil præter manum dēsīt. Nam memoriæ quoque plērumque inhærent fidēlius quæ nūllā scrībendī sēcūritāte laxantur. Sed nē ad hanc quidem vim cōgitandī pervenīrī potest aut subitō aut citō. <sup>3</sup>Nam prīmum faciēda multō stilō fōrma est quæ nōs etiam cōgitantīs sequātur. Tum adsūmendus ūsus paulātim, ut pauca prīmum complectāmur animō quæ reddī fidēliter possint — mox per incrēmenta, tam modica ut onerārī sē labor ille nōn sentiat, augenda vīs ; et exercitātiōne multā continēnda est. Quæ quidem maximā ex parte memoriā cōnstat, ideōque aliqua mihi in illum locum differēnda sunt. <sup>4</sup>Eō tamen pervenit ut is cui nōn refrāgētur ingenium, ācrī studiō adjūtus, tantum cōnsequātur ut eī tam quæ cōgitārit, quam quæ scrīpserit atque ēdidicerit, in dīcendō fidem servant. Cicerō certē, Græcōrum Mētrōdōrum Scēpsium et Empylum Rhodium, nostrōrumque Hortēnsium trādīdit quæ cōgitāverant ad verbum in agendō rettulisse.

*Quō pacto vīs  
cōgitandī  
augenda sit*

<sup>5</sup>Sed sī forte aliquī inter dīcendum offulserit extemporālis color, nōn superstitiōsē cōgitātīs dēmum est inhærendum. Neque enim tantum habent cūræ ut nōn sit dandus et fortūnæ locus, cum sæpe etiam scrīptīs ea quæ subitō nāta sunt īnserantur. Ideōque tōtum hoc exercitātiōnis genus ita

*Cōgitatiōnem  
ita īnstituēdum  
esse ut dīgredi  
facile possimus*

instituentum ut et digredi ex eo et redire in id facile possimus. <sup>6</sup>Nam ut primum est domo adferre paratam dicendi copiam et certam, ita refutare temporis munera longe stultissimum est. Quare cogitatio in hoc praepraetur : ut nos fortuna decipere non possit, adjuvare possit. Id autem fiet memoriae viribus : ut illa quae complexi animo sumus fluant secura ; non sollicitos et respicientes et una spe suspensos recordationis, non sinant providere. Alioquin vel extemporalem temeritatem malo quam male coherentem cogitationem. <sup>7</sup>Pejus enim quaeritur retrorsus, quia dum illa desideramus ab aliis avertimur, et ex memoria potius res petimus quam ex materia. Plura sunt autem, si utrimque quaerendum est, quae inveniri possunt quam quae inventa sunt.

## CAPITULUM SEPTIMUM — QUEM AD MODUM EXTEMPORALIS FACILITAS PARATUR

*Il faut  
acquérir  
l'aisance  
de l'orateur*

<sup>1</sup>Maximus vero studiorum fructus est et velut primum quidam plius<sup>a</sup> longi laboris ex tempore dicendi facultas. Quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia, civilibus officiis renuntiabit ; et solum scribendi facultatem potius ad alia opera convertet. Vix enim bonae fidei viro convenit auxilium in publicum polliceri, quod praesentissimis quibusque periculis desit — intrare portum<sup>b</sup> ad quem navis accedere nisi lenibus ventis vecta non possit.

*Sine ex tempore  
dicendi  
facultate...*

<sup>2</sup>Siquidem innumerabiles accidunt subitae necessitates, vel apud magistratus vel representatis iudiciis, continuo agendi. Quarum si qua — non dico cuicumque innocentium civium, sed amicorum ac propinquorum alicui — evenerit, stabitne mutus ? Et salutarem petentibus vocem, statimque si non succurratur perituris, moras et secessum et silentium quaeret — dum illa verba fabricentur, et memoriae insidant, et vox ac latus praeparatur ?

*Quasdam  
subitas  
necessitates  
continuo agendi  
accidere*

<sup>3</sup>Quae vero patitur hoc ratio : ut quisquam sit orator aliquando ? Mitto casus : quid, cum adversario respondendum erit, fiet ? Nam saepe ea quae opinati sumus et contra quae scripsimus fallunt ; ac tota subitoe causa mutatur. Atque, ut gubernatori ad incursus tempestatum, sic agentem ad varietatem causarum, ratio mutanda est.

*Nillum posse  
oratore esse  
aliquando  
tantum*

<sup>4</sup>Quid porro multus stilus et adsidua lectio et longa studiorum aetas facit, si manet eadem quae fuit incipientibus difficultas ? Perisse profecto confitendum est praeteritum laborem, cum semper idem laborandum est.

*Non semper  
idem  
laborandum*

a. Nous proposerions bien de lire ici <pilus> pour \*[plus]. Diverses autres corrections chez les différents éditeurs.  
b. Halm corrige : <instar portus>.



Neque ego hoc agō : ut ex tempore dīcere mālit ; sed ut possit. Id autem maximē hōc modō cōsequēmur.

*Savoir  
suivre  
sa route*

<sup>5</sup>Nōta sit primum dīcendī via : neque enim prius contingere cursus potest quam scīerimus quō sit et quā perveniendum. Nec satis est nōn ignōrāre quāe sint causārum iudiciālium partēs, aut quāstionum ordinem rēctē dispōnere, quamquam ista sunt prācipua, sed quid quōque locō primum sit — ac secundum et deinceps. Quāe ita sunt nātūrā cōpulāta, ut mūtārī aut intervelli sine cōfusiōne nōn possint.

*Nōta sit  
primum dīcendī  
via*

<sup>6</sup>Quisquis autem viā dīcet, ūtētur ante omnia rērum ipsā seriē velut duce, propter quod hominēs, etiam modicē exercitātī, facillimē tenōrem in narrātiōnibus servant. Deinde quid quōque locō quāerant scient, nec circumspectābunt, nec offerentibus sē aliunde sēnsibus turbābuntur, nec cōfundent ex dīversīs orātiōnem — velut salientēs hūc illūc nec usquam īnsistentēs. Postrēmō habēbunt modum et finem, quī esse citrā dīvīsiōnem nūllus potest, et explētīs prō facultāte omnibus quāe prōposuerint, pervēnisse sē ad ultimum sentient.

*Ducem esse  
ipsam seriem  
rērum*

<sup>7</sup>Et hāc quidem ex arte ; illa vērō ex studiō : ut cōpiam sermōnis optimī, quem ad modum prāceptum est, comparēmus. Multō ac fidēlī stilō sīc fōrmētur orātiō, ut scrīptōrum colōrem etiam quāe subitō effūsa sint reddant, ut, cum multa scrīpserimus, etiam multa dīcāmus.

*Ex studiō  
copiam  
sermōnis  
comparārī*

<sup>8</sup>Nam cōnsuētūdō et exercitātiō facilitātēs maximē parit : quāe sī paulum intermissa fuerit, nōn vēlōcitās illa modo tardātur, sed ipsum ōs coit atque concurrīt. Quamquam enim opus est nātūrālī quādam mōbilitāte animī — ut, dum proxima dīcimus, struere ulteriōra possīmus, semperque nostram vōcem prōvīsa et fōrmāta cōgitātiō excipiat — <sup>9</sup>vix tamen aut nātūra aut ratiō in tam multiplex officium dīdūcere animum queat — ut inventiōnī, dispositiōnī, ēlocūtiōnī, ordinī rērum verbōrumque, tum iīs quāe dīcit, quāe subjūctūrus est, quāe ultrā spectanda sunt, adhibitā vōcis prōnūntiātiōnis gestūs observātiōne, ūna sufficiat.

*Nātūrālem  
mōbilitātem  
animī nōn  
sufficere*

<sup>10</sup>Longē enim prācēdat oportet intentiō ac prāe sē rēs agat. Quantumque dīcendō cōnsūmitur, tantum ex ultimō prōrogētur, ut, dōnec perveniāmus ad finem, nōn minus prōspectū prōcēdāmus quam gradū — sī nōn, intersistentēs offēnsantēsque, brevīa illa atque concīsa, singultantium modō, ējectūrī sumus. <sup>11</sup>Est igitur ūsus quīdam inratiōnālis, quam Grāecī ἄλογον τριβήν vocant, quā manus in scrībendō dēcurrit, quā oculī tōtōs simul in lēctiōne versūs flexūsque eōrum et trānsitūs intuentur, et ante sequentia vident quam priōra dīxērunt. Quō cōnstant mīrācula illa in scēnīs pilāriōrum ac ventilātōrum : ut ea quāe ēmīserint ultrō venīre in manūs crēdās, et quā jubentur dēcurrere.

*Longē prācēdat  
intentiō*

*Stimuler  
l'inspiration*

<sup>12</sup>Sed hic ūsus ita prōderit, sī ea dē quā locūtī sumus ars antecesserit : ut ipsum illud quod in sē ratiōnem nōn habet, in ratiōne versētur. Nam mihi nē

*Quid possit  
impetus  
consequī*

dīcere quidem vidētur, nisi quī dispositē ōrnatē cōpiōsē dīcit, sed tumultuārī.  
<sup>13</sup>Nec fortuītī sermōnis contextum mīrābor umquam, quem jūrgantibus etiam mulierculīs videāmus superfluere — cum eō quod, sī calor ac spīritus tulit, frequenter accidit ut successum extemporālem cōsequī cūra nōn possit.  
<sup>14</sup>« Deum tunc adfuisse cum id ēvēnisset » veterēs ōrātōrēs, ut Cicerō dīcit, aiēbant — sed ratiō manifesta est.

Nam bene conceptī adfectūs et recentēs rērum imāginēs continuō impetū feruntur, quāe nōnnumquam morā stilī refrīgēscunt, et dīlātāe nōn revertuntur. Utique vērō, cum infēlix illa verbōrum cavillātiō accessit, et cursus ad singula vestīgia restitit, nōn potest ferrī contorta vīs ; sed, ut optimē vōcum singulārum cēdat ēlēctiō, nōn continua sed composita est.

*Cūr impetus possit id efficere*

<sup>15</sup>Quārē capiendāe sunt illāe, dē quibus dīxī, rērum imāginēs — quās vocārī phantasiās indicāvimus. Omniaque dē quibus dictūrī erimus — persōnāe, quāestiōnēs, spēs, metūs — habenda in oculīs, in adfectūs recipienda. Pectus est enim quod disertōs facit — et vīs mentis. Ideōque imperītīs quoque, sī modo sunt aliquō adfectū concitātī, verba nōn dēsunt. <sup>16</sup>Tum intendendus animus nōn in aliquam rem ūnam, sed in plūrēs simul continuās — ut, sī per aliquam rēctam viam mittāmus oculōs, simul omnia quāe sunt in eā circāque intuēmur : nōn ultimum tantum vidēmus, sed usque ad ultimum.

*Capiendās rērum imāginēs*

Addit ad dīcendum etiam pudor stimulōs ; mīrumque vidērī potest quod, cum stilus sēcrētō gaudeat atque omnīs arbitrōs reformīdet, extemporālis āctiō audītōrum frequentīā, ut mīles congestū sīgnōrum, excitātur. <sup>17</sup>Namque et difficiliōrem cōgitātiōnem exprimit, et expellit dīcendī necessitās, et secundōs impetūs auget placendī cupidō. Adeō pretium omnia spectant, ut ēloquentia quoque, quamquam plūrimum habeat in sē voluptātis, maximē tamen præsenti frūctū laudis opīniōnisque dūcātur.

*Secundōs impetūs augere placendī cupidinē*

*Eviter que l'aisance ne devienne facilité*

<sup>18</sup>Nec quisquam tantum fīdat ingeniō ut id sibi spēret incipientī statim posse contingere. Sed, sicut in cōgitātiōne prācipimus, ita facilitātem quoque extemporālem, ā parvīs initiīs, paulātīm perdūcēmus ad summam. Quāe neque perficī neque continērī nisi ūsū potest.

*Facilitātem difficile esse contingere*

<sup>19</sup>Cēterum pervenīre eō dēbet : ut cōgitātiō nōn utique melior sit eā, sed tūtior — cum hanc facilitātem nōn in prōrsā modo multī sint cōsecūtī, sed etiam in carmine, ut Antipater Sīdonius et Licinius Archiās. Crēdendum enim Cicerōnī est — nōn quia, nostrīs quoque temporibus, nōn et fēcerint quīdam hoc et faciant. Quod tamen nōn ipsum tam probābile putō — neque enim habet aut ūsum rēs, aut necessitātem — quam, exhortandīs in hanc spem quī forō prāparantur, ūtile exemplum.

*Sed id fierī posse*

<sup>20</sup>Neque vērō tanta sit umquam fidūcia facilitātis ut nōn breve saltem tempus, quod nusquam ferē deerit, ad ea quāe dictūrī sumus dispicienda sūmāmus. Quod quidem in iūdicīis ac forō datur semper, neque enim quisquam est quī causam quam nōn didicerit agat. <sup>21</sup>Dēclāmātōrēs quōsdam perversa dūcit ambitiō ut expositā contrōversiā prōtinus dīcere velint. Quīn

*Nōn sit nimia fidūcia facilitātis*



etiam, quod est in primis frivolum ac scaenicum, verbum petant quo incipiant. Sed tam contumeliosos in se ridet invicem eloquentia, et qui stultis videri eruditi volunt, stulti eruditis videntur.

<sup>22</sup>Sed qua tamen fortuna tam subitam fecerit agendi necessitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio; et vis omnis intendenda rebus, et in praesentia remittendum aliquid ex cura verborum, si consequi utrumque non dabitur. Tum et tardior pronuntiatio moras habet — et suspensa ac velut dubitans oratio, ut tamen deliberare, non hesitare videamur. <sup>23</sup>Hoc dum egredimur e portu, si nos, nondum aptatis satis armamentis aget ventus. Deinde paulatim simul euntis aptabimus vela, et disponemus rudentes — et impleri sinus optabimus. Id potius quam se inani verborum torrenti dare, quasi tempestatibus quo volent auferendum.

*Non numquam  
omnem  
intendendam  
rebus*

*Comment  
entretenir  
l'aisance*

<sup>24</sup>Sed non minore studio continetur haec facultas quam paratur. Ars enim semel percepta non carpitur; stilus quoque intermissione paulum admodum de celeritate deperdit: promptum hoc, et in expedito positum, exercitatioe sola continetur. Haec uti sic optimum est: ut cotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum simus iudicio atque opinione solliciti — rarum est enim ut satis se quisque vereatur. Vel soli tamen dicamus potius quam non omnino dicamus.

*Cotidie  
dicamus*

<sup>25</sup>Est et illa exercitatio cogitandi, totasque materias vel silentio — dum tamen quasi dicat intra ipsum — persequendi. Quae nullum non et tempore et loco, quando non aliud agimus, explicari potest, et est in parte majoris utilitatis quam haec proxima. <sup>26</sup>Diligentius enim componitur quam illa, in qua contextum dicendi intermittere veremur. Rursus in alia plus prior confert: vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis. Qui et ipse, ut dixi, excitat oratorem; et jactatione manus, pedis supplensione, sicut cauda leones facere dicuntur, hortatur.

*De exercitatioe  
totas materias  
silentio  
persequendi*

<sup>27</sup>Studendum vero semper et ubique. Neque enim ferre tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucrativae — ut Cicerone Brutum facere tradit — operae ad scribendum aut legendum aut dicendum rapit aliquo momento temporis possit. Siquidem C. Carbo etiam in tabernaculo solibat haec uti exercitatioe dicendi. <sup>28</sup>Ne id quidem tacendum est, quod eidem Ciceroni placet: nullum nostrum usquam negligentem esse sermonem — quidquid loquemur, ubicumque sit, pro sua scilicet portione perfectum.

*Studendum  
semper et  
ubique*

Scribendum certe numquam est magis quam cum multa dicemus ex tempore. Ita enim servabitur pondus; et innatus illa verborum facilitas in altum reducetur, sicut rusticus proximis vitis radicibus amputant — quae illam in summum solum ducunt — ut inferioribus penitus descendendo firmentur. <sup>29</sup>Ac nescio an, si utrumque cum cura et studio fecerimus, invicem prosit — ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendum ergo quotiens licebit; si id non dabitur, cogitandum. Ab utroque exclusi debent tamen ita dicere: ut neque deprensus orator neque litigator destitutus esse

*Et dicendum et  
scribendum et  
cogitandum*

videatur.

<sup>30</sup>Plerumque autem multa agentibus accidit ut maximē necessāria et utique initia scribant; cetera, quae domo adferunt cōgitatiōne complectantur, subitīs ex tempore occurrant — quod fecisse M. Tullium commentariīs ipsiūs apparet. Sed feruntur aliorum quoque et inventi forte ut eos dicturus quisque composuerat, et in librōs dīgesti — ut causarum quae sunt actae a Serviō Sulpiciō, cūjus trēs oratiōnēs extant. Sed hī de quibus loquor commentariī ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteritatis videantur esse compositi. <sup>31</sup>Nam Cicerōnis ad praesens modo tempus aptatōs, libertus Tirō contraxit. Quos nōn ideō excūsō quia nōn probem, sed ut sint magis admirabilēs.

*Plerumque  
necessaria  
initiaque sola  
scribenda*

In hōc genere prorsus recipiō hanc brevem adnotatiōnem — libellosque quī vel manū teneantur, et ad quos interim respicere fas sit. <sup>32</sup>Illud quod Lænās praecipit displicet mihi : †vel in iīs quae scripserimus [vel in] summās in commentarium et capita cōferre†<sup>a</sup>. Facit enim ediscendī negligentiam hāc ipsa fidūcia, et lacerat ac dēformat oratiōnem. Ego autem nē scribendum quidem putō quod nōn sīmus memoriā persecūtūrī. Nam hīc quoque accidit ut revocet nōs cōgitatiō ad illa elabōrata, nec sinat praesentem fortunam experiri. <sup>33</sup>Sic anceps inter utrumque, animus aestuat — cum et scripta perdidit, et nōn quærit nova.

*Nōn nimia  
elabōrata in  
commentariōs  
cōferenda*

Sed de memoriā destinātus est librō proximō locus. Nec huic parti subjungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda [de is quia sunt].

a. Herbst dixit hunc « locum planē corruptum, quem nēmō adhūc probābiliter corrēxerit » atque « cōdicēs hanc ferē exhibere scripturam : nē (nec) in hīs summās sine (in) commentarium et capita cōferre ». Hīc sequimur Winterbotton (1970), quamquam nōn persuāsī sumus.

## Table des matières

<b>CAPITULUM PRĪMUM — QUĪ LEGENDĪ SINT.....</b>	<b>1</b>
<i>Il est temps d'acquérir l'aisance de l'orateur.....</i>	<i>1</i>
Quamdam facilitatem necessariam esse.....	1
Artēs scribendī legendī dicendī cōnexæ esse.....	1
Nunc ad certāmina ōrātōrem præparandum.....	1
<i>Importance du vocabulaire.....</i>	<i>1</i>
Ūtilis esse cōpia verbōrum.....	1
Vānum est quæ idem sīgnificārent ēdiscere.....	2
Omnibus fere verbīs in ōrātiōne locum esse.....	2
Hæc nōs multā lēctiōne atque auditiōne scīre posse.....	2
Verba cōgnōmināta varia esse.....	2
Nōn semper hæc inter sē idem facere.....	2
<i>Il faut écouter les orateurs, mais aussi les lire.....</i>	<i>2</i>
Ōrātōrēs exempla ostendere.....	2
Verba audīta vīvere.....	3
Āctiōnem extorquēre jūdiciū.....	3
Lēctiōnem liberam esse.....	3
Librōs perlēctōs resūmendōs.....	3
duplicatās ōrātiōnēs legendās.....	3
Nōn omnia quæ summī auctōrēs dīxerint esse perfecta.....	4
<i>Utilité des poètes, des historiens, des philosophes.....</i>	<i>4</i>
Ūtilēs ōrātōrī lēctiōnem poētārum.....	4
Nōn per omnia poētās esse sequendōs.....	4
Quō modō historiam ūtilem esse.....	4
Quæ ex historiā vītanda sint.....	4
Quī ūsus historiæ sit.....	5
Ā philosophōrum multa petenda.....	5
<i>Quels auteurs faut-il lire ?.....</i>	<i>5</i>
Difficile est dicere quī sint legendī.....	5
Vetustissimōs auctōres ūtilissimōs esse.....	5
Novōs nōn inūtilēs.....	5
Dē varietāte opīniōnum.....	6
Nōn etiamnunc dē rēctō dicendī generō sē dissertūrum.....	6
Quæ conveniant ad ōrātōres faciendōs sē persecūtūrum.....	6
<b>Quī Græcī legendī.....</b>	<b>6</b>
<i>Les poètes épiques.....</i>	<i>6</i>
Ab Homērō incipiendum.....	6
Homērī prohœmiōs excellentēs esse.....	6
Dē Homērī aliīs virtūtibus.....	6
Hēsiodum adsurgere.....	7
Dē Antimachō Pānyasīque.....	7
Apollōnium non contemnendum.....	7
<i>Les poètes lyriques.....</i>	<i>7</i>
Dē Arātō Theōcritōque.....	7
Multōs sē trānsīre.....	7
De elegiā.....	7
Archilochum excellentem esse.....	7
Dē Pindarō Stēsichorōque.....	8
Dē Alcæō Simōnidēque.....	8
<i>Le théâtre.....</i>	<i>8</i>
Antīquam cōmœdiam plūrimū vīrium habēre.....	8
Æschylum corrigendum.....	8
Ūtrum Sophoclēs an Eurīpidēs sit melior.....	8
Eurīpidēn magis accēdere ōrātōriō generī.....	8

Menandrum sufficere.....	8
Ējus persōnās plūrimārum condiōnum esse.....	9
Philēmōnem Menandrō secundum esse.....	9
<i>La prose : Historiens, orateurs et philosophes</i> .....	9
Dē Thūcūdidē Hērodotōque.....	9
Dē aliīs qui historiam scrīpserunt.....	9
Dē ōrātōribus ex Dēmōsthenis aētate.....	9
Dē Lysiā Isocrateque.....	9
Phalērea Dēmētrium memoriā dignum esse.....	10
Platōnem pæne divīnum esse.....	10
Xenophontī persuādendi deam esse.....	10
Dē aliīs philosophīs.....	10
<b>Quī Rōmānī legendī</b> .....	<b>10</b>
<i>Poètes épiques, lyriques et dramatiques</i> .....	10
Vergilium exstāre.....	10
Dē aliīs epicīs.....	11
Germānicum Augustum sublīmem esse.....	11
Dē elegiā.....	11
Dē saturā.....	11
Dē alterō saturæ genere.....	12
De iambō.....	12
Quī tragœdiæ scrīptōrēs valent.....	12
Rōmānōs in cōmœdiā claudicāre.....	12
<i>Historiens</i> .....	12
Dē Sallustiō Titō Liviōque.....	12
Dē cēteribus historicīs.....	13
<i>Orateurs</i> .....	13
Num Cicerō Dēmōsthenēm.....	13
valeat.....	13
Cicerōnem omnēs Græcōrum virtūtēs extulisse.....	13
Cicerōnem fēlicissimā facilitāte rēgnāvisse in iūdicīis.....	13
Dē Polliōne Cæsareque.....	14
Dē cēterīs ōrātōribus antiq̄uōribus.....	14
Dē recentioribus ōrātōribus.....	14
Dē Trachālō Crispōque.....	14
Dē Jūliō Secundō.....	14
De futūrīs ōrātōribus.....	15
<i>Philosophes</i> .....	15
Inter philosophōs M. Tullium exstitisse.....	15
Cūr Senecam distulerit.....	15
Dē Senecæ virtūtibus vitīisque.....	15
Quō modō Seneca legendus sit.....	15
<b>CAPITULUM SECUNDUM — QUŌ MODŌ IMITANDĪ SINT</b> .....	<b>16</b>
<i>Importance de l'imitation</i> .....	16
Artis partem magnam continēre imitātiōne.....	16
<i>Limites de l'imitation</i> .....	16
Imitātiōnem per sē nōn sufficere.....	16
Quid factum esset si hominēs imitandō contentōs essent.....	16
Nihil crēscere sōlā imitātiōne.....	16
Quid simile sit minus esse.....	17
Ea quæ in ōrātōre maxima sint imitābilia nōn esse.....	17
<i>Il faut imiter avec discernement</i> .....	17
Exāctissimō iūdicīō exāminanda esse omnia.....	17
Nōn sufficere imāginem virtūtis effingere.....	17
Cūr oporteat quod imitātūrus est quisque intellegat.....	17
<i>Savoir choisir ce qu'on imite</i> .....	18
Nōn omnēs omnia imitārī posse.....	18
Nōn ea sōla docenda esse ad quæ quemque nātūrā compositum.....	18

Suam cuique generi legem.....	18
Diversos bene dicendi modos docendos.....	18
Non unum per omnia sequendum.....	18
Plurimum bona legamus.....	18
<i>L'orateur accompli</i> .....	19
Non verba modo imitanda.....	19
Qualis futurus sit perfectus orator.....	19
<b>CAPITULUM TERTIUM — QUŌ MODŌ SCRĪBENDUM SIT.....</b>	<b>19</b>
<i>Il est important d'écrire</i> .....	19
Stilum magistrum dicendi esse.....	19
Sine stilō, inānem oratorī loquacitatem fore.....	19
In stilō esse eloquentiæ fundamenta.....	19
<i>Ne pas aller trop vite</i> .....	19
Artem oratoriam citō disci non posse.....	19
Dilectum rerum verborumque agendum.....	20
Repetenda sæpius esse scriptorum proxima.....	20
Id initiis quidem necesse esse.....	20
Citō scribendō non fieri ut bene scribatur, bene scribendō fieri ut citō.....	20
<i>Pas d'excès de zèle non plus</i> .....	20
Sed non diligentiam esse facere sibi scribendi difficultatem.....	20
Quosdam in silentium usque descendere nimiam bene dicendi cupiditate.....	20
Quid Iulius Florus Iulio Secundo dixerit.....	21
<i>Ecrire de façon naturelle</i> .....	21
Quæ sit ratio ut plura possimus naturaliter scribere.....	21
Non semper putemus optimum esse quod latet.....	21
Cur « silvam » damnet.....	21
<i>Ne pas dicter</i> .....	21
Dictare pejus esse.....	21
Inpropria effluere, inhiberi cursum.....	21
Solus ridicula sed necessaria quedam nos agere posse.....	21
<i>Mieux vaut élucubrer !</i> .....	22
Secretum scribentibus maxime convenire.....	22
Id lucubrantēs contingere.....	22
Modum quemdam necesse esse lucubratiōni.....	22
<i>Ne pas se laisser perturber</i> .....	22
Incommodis repugnandum.....	22
Non est indulgendum causis desidiæ.....	22
Præparandum se esse ad fori fremitum.....	22
<i>Bien utiliser les tablettes de cire</i> .....	23
Scribi optime ceteris.....	23
Relinquendas vacuas tabellas ad excursiones.....	23
Atque ad quæ extrâ ordinem occurrant.....	23
<b>CAPITULUM QUARTUM — DĒ ĒMENDĀTIŌNE.....</b>	<b>23</b>
Quid in emendatione difficilius sit.....	23
Ipsam emendationem finem habere.....	23
Temporis quoque esse debere modum.....	24
<b>CAPITULUM QUINTUM — QUÆ PRÆCIPUË SCRĪBENDA SINT.....</b>	<b>24</b>
<i>Traduire du grec</i> .....	24
Vertere Græca in Latīnum veterēs nostrōs oratorēs optimum iudicavisse.....	24
Cur hæc exercitatio utilis sit.....	24
<i>D'autres façons de traduire</i> .....	24
Ex Latīnis in carmina conversionem optimam esse.....	24
Cur interpretatio quoque optima sit.....	24
Etiā nostra pluribus modis tractare prodesse.....	25
<i>Autres exercices d'écriture</i> .....	25

Dē sentiariūm dēstrūctiōne et cōfirmātiōne.....	25
Cum dē persōnīs iudicētur, dē rēbus contendere.....	25
Dē dēclāmātiōnibus.....	26
Cūr scribere historiās carminaque ūtile sit.....	26
<i>Comment rendre utile ces exercices.....</i>	26
Nōn dēbere nimium in falsā rērum imāgine dētinerī.....	26
Quō pactō ad vērās causās cōnsuēscī possit.....	26
Quid praeceptor exigere dēbeat.....	26
<b>CAPITULUM SEXTUM — DĒ CŌGITĀTIŌNE.....</b>	<b>27</b>
Cōgitātiōnem ūsūs frequentissimī esse.....	27
Quō pactō vīs cōgitandī augenda sit.....	27
Cōgitātiōnem ita īstituendum esse ut dīgredī facile possīmus.....	27
<b>CAPITULUM SEPTIMUM — QUEM AD MODUM EXTEMPORĀLIS FACILITĀS PARĒTUR.....</b>	<b>28</b>
<i>Il faut acquérir l'aisance de l'orateur.....</i>	28
Sine ex temporī dīcendī facultāte.....	28
Quāsdam subitās necessitātēs continuō agendī accidere.....	28
Nūllum posse orātōrem esse aliquandō tantum.....	28
Nōn semper idem labōrandum.....	28
<i>Savoir suivre sa route.....</i>	29
Nōta sit prīmum dīcendī via.....	29
Ducem esse ipsam seriis rērum.....	29
Ex studiō copiam sermōnis comparārī.....	29
Nātūrālem mōbilitātem animī nōn sufficere.....	29
Longē praecedat intentiō.....	29
<i>Stimuler l'inspiration.....</i>	29
Quid possit impetus consequī.....	29
Cūr impetus possit id efficere.....	30
Capiendās rērum imāginēs.....	30
Secundōs impetūs augere placendī cupidinem.....	30
<i>Eviter que l'aisance ne devienne facilité.....</i>	30
Facilitātem difficile esse contingere.....	30
Sed id fierī posse.....	30
Nōn sit nimia fidūcia facilitātis.....	30
Nōn numquam omnem intendendam rēbus.....	31
<i>Comment entretenir l'aisance.....</i>	31
Cotīdiē dīcāmus.....	31
Dē exercitātiōne tōtās māteriās silentiō persequendī.....	31
Studendum semper et ubīque.....	31
Et dīcendum et scribendum et cōgitandum.....	31
Plērumque necessāria initiaque sōla scribenda.....	32
Nōn nimia ēlabōrāta in commentāriōs cōferenda.....	32